

7071
Q. D. B. V. 1701, 8
Disputationem Juridicam
DE
**Unione Prolis sine
Prætore,**
EX CONSENSU
Magnifici J^ctorum Ordinis
in Illustri Viadrina,

PRÆSIDE
DN. MICHAEL RHODIO,
J. U. D. & Instit. Prof. P. Ordin.

D. XIX. Februarii A. M DCCI.

Loco horisque consuetis;
Publico atq; placido eruditorum examini
submitteb^t.

JOHANNES RHODE, Brem.
AUTOR.

Francofurti ad Viadrum,
Typis imprimebat Johannes Cœpselius, Academia Typ.

Dn MICHAEL RHODI
1520

JOHANNES RHODE, Brem.
AUTOR.



PRÆFATIO.

Annum jam ago quintum in hoc Massarum domicilio, quod cum commorandis, non habitandi mihi fecerim diversorum, de abitu tandem cogitavi, & aliarum etiam regionum Athenas visendi cupido animum meum incessit. Silentio autem hinc discedere si non turpe, saltem minus conveniens fore putavi. Proinde aliquem studiorum meorum fructum antea proferre, & ad placidè explorandum oculis eruditis subjecere volui. Versabam voluntabamq; mecum, quam materiam Academica disputationi eligere, nec tristam nimis, nec planè inusitatam. Post multam investigationem præ ceteris placuit thema de Unione Prolis sine Prætore. Quod, quamvis certa Juris innitatur ratione, ac fundamento, non tamen ab omni dubitatione, etiam Virorum Doctissimorum, liberum neveram. Neque enim quidquam est, quod non aliqua ex parte in dubium ab ulla mortalium vocetur, propter naturalem eorum ad dissentendum facilitatem, ut jam suo tempore, quot homines, totidem etiam sententias esse judicaverint & Advocatus Terentianus Hegio, & Lyricorum Princeps Horatius. In primis vero ad hanc indagandam materiam me

perpulit, quod videram in Patria mea Unionem Proli quam maximè frequentari, Praetoris vero autoritatem vel cognitionem raro, imo quantum cognoscere quidem potui, nunquam adhiberi. Nec verò ha Uniones, et si sine Praetore facte, in ullam unquam incidere controversiam, sed firma stabilesq; semper mansere, modo nullum inde liberis damnum evenerit aut detrimentum. Future quidem alii, qui de Unione Proli integras edidere Tractatus, & inter eos praeceperunt Jac. Rickius, & Dn. Otto Philipp. Zepper. Legum quondam Professor ac Praeo de Illustri Gymnasio Bremensi Meritisimus, Cognatus meus etiam post cineres venerandus, quoru Nominibus celeberrimis Disputatio mea plurimum debet; de hac tamen questione non nisi verbo mentionem fecerunt, tantum ab est, ut eam plene persolverint: plurimi eam penitus omiserunt, vel per oblivionem, vel quod de ea aut nihil aut nimium dubitaverint. Illius igitur decisionem altius & a capite repetendam mibi sumsi, & ope Divina fretus pro virili parte ad finem perduxo. Qua in re si minus omnium voto atque expectationi feci satis, tamen multum mibi prestitisse videbor, dummodo vel paucis hic meus labor non injucundus aut inutilis videatur. Nec que enim quisquam facile est, cuius budia omnium commendatio, communisq; favor ac plausus excipiat.

Disput



Disputatio Juridica,

DE

UNIONE PROLIS SINE PRÆTORE.

CAPUT I.

Demonstrat

*Ex Origine & Fine Unionis Prolis,
eam consistere & sine Prætore.*

SUMMARIA.

- | | |
|----------------------------------|-----------------------------|
| 5. I. Procreatio Liberorum finis | 7. Unio Prolis frequentior, |
| matrimonii. | 8. Ex Consuetudine oritur, |
| 2. Conjuges sep̄e deſtituit. | 9. Et estimatur. |
| 3. Suppletur Adoptione. | 10. Finem habet concordiam. |
| 4. Remedio Jura Civ. | 11. Adoptio propagationem |
| 5. Romani. | familie. |
| 6. Hodie ferè inuifato. | 12. Consuetudo probanda. |

§. I.

Non sine summa ratione JCus in.
l. 220. § f. d. V. S. Parentes, ait, pios liberorum
procreandorum animo & voto Uxores du-
cere, ut ex prole eorum diuturnitatē sibi memoriam in-
evum relinquant. Prolis enim procreatio prima-
rius & naturalis omnium matrimoniorum finis est,
pr. I. de J. N. G. & C. ad quem obtainendum DEUS
marem & feminam condidit & conjugavit, Gen. I.
v. 28. & quo per naturam cessante, etiam matri-
monium naturaliter impeditur. Quamobrem
A nec

2 Disputatio Juridica, Cap. I.

nec inter ejusdem sexus homines contrahitur matrimonium, sed infandū scelus committitur l.31. C. AdL. J. d. Adult. nec cū castrato. L.14. inf. f. d. Manum. vind. l.39. §. 1. d. J. dot. nec cum impubere pr. d. Nupt. nec sub conditione proli vitanda c. f. d. cond. appos. Nuptias quidem non facit corporum concubitus, sed animorum consensus l.30. d. R. J. l.19. inf. f. d. Cond. & Dem. can. 1. & 4. caus. 27. q. 2. Nec tamen simplex ac nudus animorum consensus ad nuptias sufficit, sed consensus de corporibus communicandis, & individua vitæ societate contrahenda, & affectio maritalis l.32. §. 13. d. Don. int. vir. l.11. pr. C. d. Repud.

II. Quemadmodum autem ager votis agricultorum non semper responderet, sed omnem industriam operamq; aliquando frustratur, dum segetem vel æstatis fervor exurit, vel imbrrium copia mergit, vel grandinis vis concutit, vel hostilis exercitus eruit; ita nec matrimonium fructus expectatos semper generat, ob mille morborum impedimenta, quibus vel uxoris conceptio, vel mariti generatio illigatur. Et tum licet unus finis matrimonii primarius cesse, in altero tamen non minus principali, mutuo nimirum adjutorio, conjuges placidi acquiescent; & cogitabunt, quod amor conjugalis melior sit & jucundior, quam decem liberi, i. Sam. c. 1. v. 8. Ob solam igitur sterilitatem divortium non permittitur, nisi continua impotentia sterilitatis causa sit, l. 10. & auth. seq. C. d. Repud. N. 28. c. 6. t. 1. x. d. frig. & malef. Idcirco Sp. Carvilius antiquitas reprehendit, quod primus u-

xorem

xorem sterilitatis causa dimiserit. Ante illum enim repudium inter uxorem & virum, à condita urbe ad vicesimum & quingentesimum annum, nullum intercesserat. Ipse quanquam tolerabili ratione motus videbatur, exprobratione non caruit: quia nec cupiditatem quidem liberorum conjugali fidei preponi debuisse arbitrabantur. Val. M. L. 2. C. 1. n. 4.

III. Ne tamen Conjuges in perpetua solitudine contabescant, nec dulci liberorum nomine prorsus careant, nec posteritatis expertes, sudoris ac diligentiae suæ præmia extraneis atq; incertis hæreditibus cogantur relinquere; admirabilis Legum Rom. providentia etiam huic necessitati subvenit, & modum civilem liberos generandi per adoptionem excogitavit, cum spes naturaliter liberos procreandi deficit & intermoritur. Ideo vocatur adoptio *imitamentum nature* §. 4. d. *Adopt. fulcimentū deserte domus Sen. Conf. ad Marc. c. 15. solatium orbitatis* §. 10. d. *Adopt. fortuna remedium Sen. L. II. Contr. 9.*

IV. Evidem ante Romanam vetustioribus populis jam videtur usurpata fuisse Adoptio, & formam solam a I. Civ. accepisse, originem verò traxisse ex jure Communi. Nam Sara in solarium suæ sterilitatis permisit concubitum Abrahami cum Hagar ad alienos liberos sibi asciscendos Gen. 16 v. 2. Quod magnæ socrus exemplum Rahel sori fœcundæ invidens, imitatur, Gen. 30. v. 3. 6. Mosen regia Ægyptiorum virgo filii loco accepit, Exod. 2. v. 10. Æpalius, Locorum Rex, Hylum Herculis filium adoptavit: De Philippo Ma-

4 Disputatio Juridica, Cap. I.

cedone adoptando Scytharum Rex Atheas cogitavit, *Iustin. L. 9. c. 2.* Micipsa, Rex Numidarum, Jugurtham, *fratrem filium ex concubinorum, eodem cultu,* quo liberos suos, domi habuit, *Sallust. d. Bell. Jugurth. c. 5. in f.* In regnis Gothorum & Longobardorum adoptio valuit, *Grot. L. 2. c. 7. §. 12.* Ceterum quamvis inter alias quoque gentes occurrant vestigia & simulacra adoptionis, ut licuerit alienam progeniem benevolentia paterna vel materna complecti, tamen non immerito adoptiones ad materias proprias Juris Rom. referimus, perinde ut patriam potestatem § p. d. Patr. pot. tutelam § i. d. *Tut. l. 1. pr. iff. eod. testamenta & hæreditates arg. l. 17. inf. d. Poen. j. l. 1. c. d. H. j. stipulationes, arg. l. Locat. l. 14. in f. d. novat. l. 15. d. interd. & deport.* Quod enim rude & indigestum ceteri populi reliquerunt, illud si solennem & certam formam à jure Rom. accepit, *J. Gent.* esse desuit, & juris proprii regulis definitur. *l. 6. d. J. & J.*

V. Romæ igitur domicilium suum ac sedem fixam Adoptio collocavit, & frequentiâ illustrium exemplorū enituit. Ipsam Cæsarum familiam Adoptio identidem auxit, § p. d. *Adopt. Tac. Ann. L. 1. c. 3. L. 4. c. 57. in f. L. 12. c. 25. Sueton. Tiber. c. 15. Ner. c. 7. Plin. Paneg. c. 9. & seqq.* Nec Justinianus Rom. Jurisprudentiæ glorioissimus Conservator, nativus, sed adoptivus Justini I. filius fuit. Adeò ut propter tam frequentes Cæsarum adoptiones Imperium Rom. non Electioni patuisse, sed successione ad hæredes translatum esse multi existimant, quorum sententiam tuetur *Auior. Octoniratus. cap. 2.* Sed eandem evertit rationib⁹ solidissimis *Illustr. Dn. Coccejns, Praeceptor*

De Origine & fine Unionis Prolis. §
reptor meus etatem Colendus, in Jur. Publ. Prud. 6.7. §. 16.17.

VI. Hodie Adoptio in Germania non amplius frequentatur, licet in sola Germania Imperium Rom. æternitatem suam conservet, & LL. Romanæ, ut jus scriptum & fundamentū Imperii, valent, tribur. Luck. de autor. J. Rom. L. II. c. 2. n. 5. n. 19. Augustissima Domus Austriaca non opus habuit Adoptionis subsidio, sed ultra IV. jam secula auspiciatiss. matrimoniorum fœcunditatibus Imperio Cæsares peperit. Electorum vero ac Principum dignitates non ad filios adoptione factos, sed ex toro legitimo natos transferuntur. Extra Germaniam quoque adoptio nusquam gentium ad successionem neque arbitrariam, neque hæreditariam regnorum quicquam valet. Alias enim Hispaniarum Rex, qui jamjam fatis concessit, prole carens, una adoptione omnium populorum & Regum deliberationes & consilia, quibus successor tantarum opum & tot provinciarum in utroque Orbe jacentium investigabatur, facile potuisset eludere.

VII. Privatae familie & successiones quam in liberos adoptivos non minus, quam naturales transire adhuc hodie possint; tamē admodum raro illud fit, quoniam adoptio propemodum tota in desuetudinem abiit. Extat quidem exemplum arrogationis in hac urbe solenniter factæ, sed parum memorabile, & satis sinistrum atq; infelix. Nihilominus nulli dubitamus, quin unusquisque per adoptionem sibi ritè filium facere posset, quia desuetudo leges non mutat, arg. l. 27. C. d. Te-

flam. Otiosam tamen materiam nostra ætate mihi videtur tractare, qui adoptionem tot commentariis jam olim illustratam & tritam, usu autem ferè incognitam, recoquere sustinet. Longe utiliorem & seculo convenientiorem me operam naturum confido, si Unionem prolis, adoptioni præ ceteris affinem, qua privigni à vitrino aut noverca in jus communium liberorum accipiuntur, brevi disputatione consideravero, hoc in ea maxime probaturus, de quo præcipue dubitatur, unionem Prolis etiam sine Prætore in gratiam Prolis unitæ consistere.

VIII. Originem suam unio prolis juri non scripto seu consuetudini debet, quæ non tantum omnia jura gentium, sed etiam multa jura civilia introduxit. *Jus enim patriæ potestatis morsibus receptum l. 8. pr. d. His qvifui. Moribus ab initio bonorum administratio prodigis interdicta l. 1. pr. d. Cur. Fur. Olim moribus femina ab omnibus officiis civilibus ac publicis remotæ l. 12. § p. d. Jud. Morib⁹ adinventa pupillaris substitutio l. 2. pr. d. Vulg. subst. Moribus donatio inter conjuges prohibita. l. 1. d. Don. int. vir. Ius feudorum ex moribus compilatum, Clar. § feendum q. 2. Ad easdem & quidem juris Civ. consuetudines unio Prolis referenda est. Quanquam enim statuta & leges nostri temporis expressam unionis faciant mentionem, & eam disertè admittant, non tamen eam constituerunt, sed tantum confirmarunt usu populi receptam & comprobárun. Statutum Francofurtense & Wormatiense recenset Jacob. Rick. d. Union, Proli-*

*Prol. c. 4. n. 1. e. 6. n. 8. 14. Et passim Moguntinum Id. e.
s. n. 2. Idque in Camera confirmatum docet Gail.
II. d. 125. n. 7. Iuliacense Rick. d. c. 5. n. 3. Frey-
burgense Id. c. 6. n. 18. Longè plurium Statutorū
meminit supr. in Pref. laudatus Dn. Zepperus de Union.
Prol. in f. Sed hæc omnia non nisi regulis inclu-
serunt, & ad certam formam redegerunt unio-
nem Prolis diu ante illa statuta à majoribus lon-
go usu, cuius initii memoria non extat, inventam
& ad posteros propagatam.*

IX. Quam ob rem ex quotidiano usu necessi-
tas Prætoris in unione Prolis æstimanda est, non ex
lege scripta, quæ adoptiones introduxit, & certa
forma, solennitatibus ritibusque instruxit, qui-
bus deficientibus & adoptio ipsa expirat, quia non
inventa sunt in favorem prolis adoptivæ, sed ad
substantiam adoptionis. Idcirco quælibet adoptio
sine Magistratu, arrogatio sine Principe vitiosa est,
nec valet, quanquam adoptati eam valere deside-
rent §. 1. J. 1. 2. pr. f. d. adopt. nisi à Principe confirmetur
I. 38. d. t. At unio Prolis sine Prætore non indi-
get confirmatione Principis, sed suis viribus con-
stat; modo prolem unitam juvet, in cuius favorem
tota unio concepta et orta est, & per inveteratam
consuetudinem Germaniæ adolevit & crevit.
Omnes quidem Juris Antistites in eo conspirant,
unionem Prolis sine Prætore irritam esse, nec va-
lere contrariam consuetudinem, Gail. II. d. Obs. 125.
n. 11. Rick. c. 3. n. 64. Intelligendi tamen sunt omnes,
Quatenus nocet unio proli unitæ, quia uno ore
faten-

Disputatio Juridica, Cap. I.

fatentur omnes, & sententiam suam declarant,
Prætorem ceterasq; unionis solennitates propter
ea tantum adhiberi, ne proles lœdatur vel da-
mnū sentiat. Illi enim jus à natura quæsitum in
bonis parentum præmortuorum injurioso & præ-
postero pacto parentum superstitum tolli & au-
ferri nequit.

X. Generalis itaque consuetudo est, unio-
nem Prolis sine Prætore ab unita prole posse accu-
fari, rejici & rescindi, non tamen à prole tempore
unionis nondum concepta, multò minus à cognati-
tis vel affinibus. Id quod omnes Dd. qui mo-
dò in hanc quæstionem inciderunt, constanter asse-
verant, ut infrà id pluribus ostendemus. Con-
stat idem satis ex fine, quem unio prolis habet, &
cujus solius obtinendi causa Prætor adhibetur,
nimirum ut Conjuges unientes & proles unita in
majore pace & concordia vivanr, damit sie desto frieb-
licher und einiger beysammen leben und ihre gemeine Kind-
lein desto williger und leichter mit einander auferziehen mö-
gen. *Stat. Francof. ap. Rick. c. 4. n. 1.* Prætor igitur,
minister & conciliator concordiæ, unionem prolis
etiam privatim compositam semper amabit & tue-
bitur, quatenus concordiæ vinculum est, & proli
unitæ prodest. *Ad officium enim Prætoris spectat lisces di-
minuere l. 21. inf. d. Reb. Cred.* Et ob nullam aliam ra-
tionem adhibetur Prætor in unione prolis, quam
ut concordiam inter conjuges & fratres stabilitat, &
omnes læsionum causas excludat. Quas si paren-
tum ipsorum providentia & fides exclusit, valet
etiam

etiam Unio Prolis sine Prætore. Id enim cavere in primis Prætorem decet, ut in omni pace successio parentum ad posteros devolvatur, nec altercationis cuiusdam, maxime inter fratres, oriatur occasio, l. 6. §. 2. in f. C. d. bon. qualib. Necessario igitur Prætor ratum habebit, quod privat sine Prætore ad dirimendas contentiones ipsimet inter se pangunt & faciunt. Nam quod tenetur quis facere, si factum non esset, id magis cum factum est, probare cogitur. Carpz. L. V. R. 6. n. 7. Rick. d. Union, Prol. c. 3. n. 10.

XI. Sed Adoptio sine Prætore vel Principe semper iniqua est & invalida, l. 6. 1. 8. C. d. Adopt. quia non ad privatam Conjugum vel fratum concordiam, sed publicam familiarum propagationem inventa est. Publicè enim interest, ordinum familiariumque dignitatem salvam esse. l. 1. §. 13. d. Inspic. ventr. Ided etiam omnis adoptio in comitiis & conventibus publicis per populū jure antiquo fiebat, l. 2. in f. C. d. Adopt. vel in collegio Pontificū, Cic. pro Dom. c. 13. lege curiata, Tac. Hist. I. c. 15. Nec pertinebat ad eas personas, quae comitiis interesse non poterant. Femina igitur nec arrogare, nec arrogari poterat, quia cum feminis nulla comitiorum communio est. Quid enim femine cum concione? Val. M. L. 3. c. 8. n. 6. Conf. Hahn. ad W. de Adopt. n. 4. Ob eandem causam nec pupillus arrogationis capax erat, sed vesiceps solus, id est, pubes, Gell. Noct. Att. L. V. c. 19. Adoptio itaque est actus publicus, cuius substantia consistit in publica cognitione. Unio autem prolis ab omni ævo suo fuit pactum privatum,

B

cuius

cujus finis est concordia domestica prolis unitæ; & quod etiam sine Prætore valet, si proles unita in eo acquiescat.

XII. Quanquam autem generali consuetudine in Germania unionem Prolis receptam esse testentur Dd. communiter, *Vinn. ad rubr. l. d. adopt. in f. Carpz. L. 5. R. 6. n. 5. Gail L. 2. O. 125. n. 1.* adeo ut videatur probationis onus ei incumbere, qui afferit, in aliqua civitate vel loco Germaniæ unionem Prolis non posse constitui, *arg. l. 5. pr. d. probat.* tamen contrarium potius existimamus, quod ei, qui in unione Prolis se fundat, & ex illa hæreditatem affectat, ante omnia consuetudosuæ provinciæ probanda sit, *L. 3. d. legib.* quemadmodum etiam Camera Imperialis ita decidit 22. Nov. 1538. Wollen die gemelten Appellanten zu recht gnug darthun und beweisen/ das zu zeien in actis angezönen Leibgedings der Gebrauch und Gerohnheit gewiejen sey die Einkindschafft aufzurichten/ das solches gehöret werden soll fürters darauf zu geschehen/ was recht ist *Bef. d. jur primogen. c. 5. §. 29. add. Klock. tom. 4. confil. 85. n. 64. 65.* At qui probavit, unionem prolis in sua civitate moribus invaluisse, eo ipso quoque videtur probasse, unionem prolis sine Prætore in gratiam Prolis unitæ consistere, donec mos contrarius ostendatur: quia omnes unionis Interpretes in eo consentiunt, ipsam unionem & omnes ejus solennitates in favorem Prolis inventas esse; maxime si unio Prolis pactis dotalibus vel nuptialibus inserta sit, quæ bonæ fidei sunt, *§. 29. d. act. l. un. § 2. C. d. R. U. A. & propter ea*

De Natura Unionis Prolis.

xx

pterea legem ex conventione accipiunt, l. 7. § 5.d.
pact. l. 1. §. 6. depos. l. 23. d. R. J. &c de conjugum quo-
que mutua successione sine ullo Prætore cavyere ac
disponere possunt, infr. c. 2. §. 17.

C A P U T II.

Demonstrat

*Ex Natura Unionis Prolis, eam
consistere & sine Prætore.*

SUMMARIA.

- | | |
|---------------------------------|--------------------------------|
| §. 1. Definitio Unionis Prolis, | 12. Testamenti factionem adi- |
| 2. Est pallium matrimonii, | mit, |
| 3. Licit, | 13. Utii Statutum Marchicum, |
| 4. Secundi. | 14. Arrogatio, Monasterium, |
| 5. Obligat Conjuges, | 15. Pasta dotalia, crimina. |
| 6. Sine Prætore, | 16. Transfert hereditatem, |
| 7. Non Prolem, | 17. Ut alia Pasta, |
| 8. Nisi autoritate Pratorie, | 18. Sine Prætore valentia. |
| 9. Licet Proles consenserit, | 19. Privignos successores con- |
| 10. Nisi ntam faciat. | sstituit. |
| 11. Rescinditur ob lesionem, | 20. Est stricti Juris. |

§. I.
Unio Prolis est pactum Conjugum, quo pri-
 vigni communibus liberis in successione exequan-
 tur. Ex hujus definitionis brevitate at-
 que compendio elucet natura Unionis, & quam ne-
 cessitatem Prætoris habeat. Unio Prolis est pactum,
 ideoque conventione duorum, l. 1. §. 2. d. Pact. l. 3. pr.
 d. Pollic, nec potest fieri ab uno conjuge, sed ab utro-
 que

B 2

que

que, *Rick. c. 6. n. 59.* Adoptio vero est actus unius, ut emancipatio, manumissio. Unio Prolis est *pactum Juris Civilis*, non scripti Germanorum, *supr. c. 1. §. 1.* quod & pure & in diem & sub conditione, uti omnia pacta, fieri potest, *§. 2. d. V. O.* Adoptio autem est actus legitimus *Juris Rom.* qui nec diem nec conditionem recipit, *l. 77. d. R. J. c. 50. eod. in 6. l. 4. & c. d. Accept.* Unio est *pactum*, nec pactas unitasque personas egreditur, *t. t. C. Int. al. act. l. 38. pr. d. V. O.* Sed Adoptio est actus solennis & publicus, & universam familiam afficit & communicat.

II. Unio Prolis est *pactum Conjugum*. Fieritamen etiam à sponsis potest ante matrimonium, sed inest conditio, si matrimonium sequatur, cuius accessio *pactum unionis* est. Francofurti ad Mœnum Unio Prolis non nisi ante *matrimonium*, vel in ipsis nuptiis constitui potest. *Rick. c. 4. n. 1.* Sed hoc est Statutum istius loci proprium, non consuetudo communis, qua matrimonii jam dum contractis unio Prolis potest accedere. Pater enim concordiae inter conjuges liberosque non temere locum denegare oportet. Si autem constitutum est in aliqua provincia de Unione Prolis non nisi ante matrimonium componenda, ea tamen non incipit, nec consummatur, nisi post matrimonium. Repudio igitur, quo sponsalia resolvuntur, omnis ubique Unio prolis vitiatur. At matrimonio fecuto subsistit, licet illud divortio dirimatur, *l. 191. d. V. S.* Quod enim rite actum, conservatur, licet casus postea eveniat, à quo non potuit incho-

De Natura Unionis Prolis.

inchoari, c. 73. d. R. J. in 6. 1. 85. §. 1. ff. eod. l. 2. d. Itin. act.
priv. Nec adventitii casus computandi sunt, l. 6. Qui & a
quib. man.

13

III. Quod si matrimonium incestum sit, vel contra voluntatem parentum initum, vel alias ipso jure nullum, Unio prolis eodem vitio collabatur. Neque enim divorcio tale matrimonium dirimitur, sed vitio suo corrumptur. Quippe divorcium est separatio voluntaria, arg. l. 2 pr. d. Divort. Matrimonia vero nefanda ex necessitate Legum etiam invitis Conjugibus dissolvuntur, ita ut nunquam videantur conjuges fuisse. Ergo etiam Unio Prolis irrita est, licet Praetor accesserit & omnes solennitates adhibuerit.

IV. Nemo enim Unionem Prolis contrahere potest, nisi cojuges, & ne conjuges quidem, nisi ambo vel alteruter saltem ad secundum matrimonium transeant, & ex matrimonio primo superstites liberos habeant. Nisi enim sit proles privigna, quae vitrico vel novercae uniatur, unio intelligi nequit. Quamobrem extinguitur quoque unio prolis, si omnes privigni moriatur, neq; reviviscit aut conservatur per liberos communes, quoniam liberi naturales ad successionem parentum suorum non uniuntur, sed nascuntur, & proinde sui etiam haeredes dicuntur. E contrario dummodo proles privigna superfit, constat unio, licet conjuges unientes nullam prolem communem fusciant. Potest enim etiam Unio Prolis a conjugibus aetatis decrepitae celebrari, in quibus spes & fons generandi exaruit,

B 3

in



in ipso articulo mortis, nullo licet concubitu sequito, perinde ut legitimatio per subsequens matrimonium. Nam diximus in definitione, quod Unio Prolis exæquet privignos communibus liberis. Hæc autem exæquatio fieri potest, licet communes liberi non sint, dummodo privigni succedant vice liberorum communium. *Dn. Zepper, de Un. Prol. n. 9. &c seqq. add. Muscul. d. success. convent. membr. 3. class. 1. n. 124. seqq.*

V. Unio Prolis obligat (1) Conjuges pactos (2) Prolem privignam unitam. (3) Ceteros privignos non unitos, (4) Liberos Communes. Conjuges sine Prætore satis efficaciter obligantur suo consensu, quia Conjugum donationes quidem, non tamen pacta lex prohibet. Et quanquam noverca privigno in mariti potestate constituto æque donare prohibetur, ac marito ipsi, l. 3. §. 4. d. *Don. int. Vir & Ux.*, & ideo noverca pecuniosa privignum inopem non videatur unione prolis locupletare posse, tamen hæc donatio, si qua in unione prolis conspicitur, incipit demum à tempore mortis & soluti matrimonii, quia in sola successione privignus communibus liberis exæquatur. Omnes autem donationes inter ipsos Conjuges, quæ differtuntur in casum soluti matrimonii vel morte vel divortio, valent, l. 60. §. 1. d. p. Ideo etiam mortis causa donationes inter eos receptæ sunt, l. 9. *inf. l. 10. n. pr. d. t.*

§ VI. Quoniam igitur unio Prolis Conjuges obligat sine Prætore, nec Prætor in conjugum, sed

Sed Prolis uniendo gratiam adhibetur, ideo nec conjux unus contra voluntatem alterius ab unione Prolis sine Prætore privatim facta recedere potest, nec jus conjugi & proli unitæ concessum & oblatum pœnitentia infirmare. Testamenta quidem reciproca unus invito altero revocare potest, quia in iis ambulatoria est voluntas usque ad vita supremum exitum, l. 4. d. adim leg. l. 32. §. 3. d. Don. int. vir. At in pactis quod semel placuit, amplius displicere non potest, l. 75. d. R. J. c. 21. 33. eod. in 6. l. 5. C. d. O. 65. ¶ E contrario ambo conjuges mutuo consensu unionē prolis etiam publica Prætoris autoritate subnixam & confirmatam rescindere etiam privatim, & sine Prætore possunt. arg. l. 35. 153. d. R. I. l. 80. d. Solut Rick. c. 10. n. 33. Prætor enim adhibetur tantum, ne proles unione lœdatur, quod metui nequit unione rescissa. Tum enim omnia in pristinum statum restituuntur, in quo erant ante unionem, l. 24. §. 4. d. Min.

VII. Præter Conjuges unio etiam prolem unitam & non unitam obligat, illam, ut permittat confusionem bonorum parentis & vitrici vel novicæ, & iis jus succedendi tribuat, qui illud alias non habebant, quia tantum affines sunt; hanc, ut abstineat a jure succedendi cum unita prole in bona communis parentis, cui renuntiavit, unionem fratrum comprobando. Et in eo convenit unio adoptioni. Qui enim semel in eam consensit, postea dissentendi facultatem non habet, l. 31. d. adopt Rick. c. 9. n. 36. Sed ad prolem obligandam unio

unio prolis sine Prætore nihil omnino momenti habet, quia conjuges suo contractu se, non prolem obligare potuerunt, arg. t. C. Ne. fil pro patr. l. 83. pr. d. V. O. l. 65. in f. d. fidejus.

VIII. Proles igitur ab unione sine Prætore semper potest resilire, nec valet ulla consuetudo contraria, Gaii II. O. 125. n. 11. supr. e. 1. §. 9. Magnum enim detrimenti ac læsionis periculum, si privignus locuples a vitrico vel noverca paupe- re uniatur. Et ad omnem fraudis suspicionem declinandam Prætor est necessarius. Nec sufficit nuda Prætoris præsentia aut Prætoriæ confirmationis autoritas, sed requiritur plena causæ cognitio, an unio honesta sit expeditatq; proli unitæ, ut in arrogatione, §. 3. d. Adopt. Et quanquam in aliis causis prior esse debeat Prætor ad consciendum patris, l. 7. §. 2. d. Reb. cor. qui sub tut. quia plerumque pietas pa- terni nominis optimum consilium pro liberis caput, l. 22. §. f. ad L. 3. d. Adult. tamen hic prætorem meminisse oportet, non solum patrem unire, sed etiam nover- cam odii plenam concurrere. Feminae enim immo- derata atque intemperantes, plerumque novis maritis non solum res filiorum, sed & vitam addicunt, l. 22. us. Servi in f. C. d. Adm. tut. Curabit igitur, ut omnem excludat dolum, nec quidquam noverca- lium delinimentorū causa peragendum admittat, ne iis corruptus pater prolem infeliciter uniat. Maxime autem si mater vitrico nubens uniat, intentissimam Prolis curam agere Prætorem oportet, & cogitare, plerumque ipsius feminine adversus commoda

commoda propria laborare consilium, l. 4. C. d. Sponsal.
& vitrico inducto inductam etiam censeri nover-
cam. Femina enim immoderate atque intemperantes
plerumque novis maritus non solum res filiorum, sed &
vitam addicunt, l. 22. v. servi inf. C. d. admin. tut. l. 1. C.
ubi pupill. edue. Carpz. P. 2. C. 11. d. 42.

IX. Et quamvis filius Unioni Prolis sine Prä-
tore consentiat, & parenti promittat, se nolle eam
rescindere, tamen illa promissione non obligatur,
quia successionem in bonis parentum vivorum fi-
lius pacto privato nec augere, nec imminuere, nec
repudiare potest, arg. l. 1. d. Hered. vend. l. 18. d. Acquir
Her. l. 3. d. R. j. nec querelæ inofficiosi testamēti renun-
tiare, nisi post mortem patris, cum Querelam mo-
vere potest. Quippe nec testamenta nec instru-
menta dotalia, quibus filius subscribit, se ratam
habitetur voluntatem paternam, jus successionis
mutare possunt. Privatorum enim cautio legum auto-
ritate non censurur, l. f. d. suis & leg. Diff. Clar. §. testam. q.
43. n. 3. Quod si tamen filius sua manu se exhære-
dem scripsit, nocet ei omnino exhæredatio, & ad
querelam Inofficiosi movendam, & ad bonorum
possessionem contra tabb. petendam. l. g. §. 6. d. B. P.
concr. tab. non quia iis renunciavit, sed quia ex-
hæredationem scribens videtur ejus causam ag-
noscere, & confiteri, se ingratum filium esse. Jure
tamen hodierno nec filius exhæredationem, patre
dictante, scribens obligatur, nisi causa quoque
exhæredationis adjecta sit, ex N. us. c. 3. Brunn. ad
d. l. 8. m. p. 5.

18

Disputatio Juridica. Cap. II.

X. Si vero Proles unita post mortem parentum manet in unione sine Prætore, & eam comprobat, amplius improbare nequit, nisi minor sit 25. annis, vel alius cui jura succurrere solent. Tum igitur convalescit unio sine Prætore consensu prolis; uti consensu filii corroboratur testamentum patris invalidum & inofficium, *l. s. ff. l. s. §. 1. C. 4. Inoff. test.* non ex testamenti virtute, sed ex voluntate ejus, qui juri suo renuntiare potest, *l. 41. d. Min. N. 136. c. 1.* & injuriam sibi illatam remittere *§. f. d. Injur.* Ita etiam qui judici extraneo sponte se submittit, jurisdictionem ei conciliat, *l. 1. d. Jud. Gail. I. O. 48. n. 4. Mysn. Cent. II. O. 18.* Ceterum Proles communis, quæ post unionem Prolis privigna contractam nascitur, obligatur unione Prolis etiam sine Prætore celebrata, quoniam de illius laesione Prætor quærere non potuit. Neque enim proles communis tempore unionis in rerum natura fuit, *§. 8. d. Her. que ab int. l. 6. pr. inf. d. Injust. rup.*

XI. At proles privigna etiam postuma, licet tempore Unionis adhuc in materno utero delitescat, Unione sine Prætore non obligatur, quia pro nata habetur, quoties de commodis ejus queritur *l. 7. l. 26. d. Statu bom. l. 7. d. suis & leg.* Ergo concepsis non minus quam natis privignis prospicere Prætor debuit, ne per unionem jus successionis immuinant. Ex quo apparet (1) omnem unionem Prolis sine Prætore à privignis ut irritam & vitiosam accusari posse. (2) Aliquam Unionem Prolis etiam à Prætore confirmatam rescindi posse à privignis,

Vignis, si vel in legitima se lassos, vel aliud dannum enorme passos esse probare potuerint. Neque enim Prætoris factum juri derogare oportet, l. i. §. 1. d. fer. neque negligenda Prætori causa unionis commissa est, sed fideliter exploranda, l. 8. §. 17. d. Transact. Diff. Rick. c. 10. n. 6. 7. & putat legem 2. C. d. Resc. vend. hic locum non obtinere, quia unio species transactionis est. Sed transactionem quoque ex d. l. 2. rescindi posse æquior sententia est, Mynsing. Cent. 6. O. 91. Heig. P. 2. q. 9.

XII. Hinc etiam manifesta fit æquitas unionis, quam consuetudo non permittit temerario impetu colligari, sed circumspecte, Prætore adhibito, & omni damno à Prole privigna declinato. Ex duabus autem præcipue causis Unio Prolis Juri videtur esse contraria (1) quia testandi facultatem viventibus adimit; Neque enim padum unionis contrario testamento circumveniri potest. Besf. d. jur. primogen. c. 5. §. f. Klock. tom. 4. consil. 85. n. 65. per l. 75. d. R. J. c. 21. 33. eod in. 6. supr. §. 6. add. Rick. c. 10 n. 14. Et seqq. Muscul. d. success. convent. membr. 3. class. l. n. 135. (2) successionem pacto tribuit. Utrumque à juris ratione abhorret. Et quidem quod ad primum attinet, certa est juris regula, pacto testamenti faciendi libertatem neminem sibi auferre posse, l. 15. C. d. Pact. nec æterna societate libertatem de supremis judiciis quenquam sibi posse constringere. l. 52. §. 9. Pro soc. ipsum Principis beneficium iniquum fieri, si auferret testamenti factio- nem homini sane mentis, l. 43. pr. d. Vulg. Et pup. subl.

C. 2.

XIII.

XIII. Ceterum hæc regula est Juris Civ. ut tota materia testamentorum, & ex lege & consuetudine contraria multas exceptiones patitur. Sic Jure Marchico ex vetusta consuetudine, qui conjugem & s. liberos habet, necessitate constringitur unum semissim hæreditatis Conjugi, *Const. Joach. I. Elect. zit. von Erbfällen zwischen Eheleuten apud Kobl. in accur. declar. ejusd. q. 1. n. 2.* alterum liberis relinquendi, *N. 18. c. 1.* neque legitimam legatis aut fideicommissis onerare potest. *I. 32. C. d. Inoff. Test. neq; portio- nem Statutarium Brunn. ad l. un. ff. Und. Vir & Ux. n. 12. 13. Confer. Id cent. 3. decis. 23. n. 12.* & seqq Jure Civ. donatio omnium bonorum valet, *I. 8. C. d. Revolu- don. l. 5. C. d. Inoff. don. l. 35. §. 4. C. d. Don.* Sive enim quis que rei moderator est, *l. 21. C. Mand.* & iniquum ingenuis bominibus non esse liberam rerum suarum alienationem *l. 1. Si à par. quis man.* Sed per hanc quoque omnium bonorum donationem factio testamenti eripitur. Qui enim bona non habet, nec videtur hæ- redem habere posse. *l. 28. d. Vulg. & pup. subft.*

XIV. Per arrogationem quoque, cuius ger- manam esse unionem prolis confitentur omnes, testamenti factio tollitur, & testamenta facta in- firmantur, *§. 4.* Quib, mod. test. inf. quia arrogatus cum capite fortunæ quoque suas in arrogantis familiam trans- fert, *l. 11. §. 2. d. B. P. secund. tabb.* Nec monachi repre- henduntur, sed laudantur à Pontificibus, licet te- stamenti factio sibi ademerint. *Ingressi enim monasteria ipso ingressu se suaque dedicant Deo, nec er- go de his testantur, utpote nec domini rerum, auth. in- gress. C. d. SS. Eccl. N. 76. pref.*

XV.

XV. Cur igitur Unio Prolis in vituperationem caderet, quod ad concordiam inter conjuges stabiliendam iis testamentorum solicitudinem interdicat? utiq; cum & in pactis dotalibus quam plurimum testamentorum libertas constringatur. Imo unusquisque suo scelere, perduellione, hæresi, magia etc. testamenti factionem sibi potest admovere Lauterb. adff. *Qui test. fac. lit. C.* Quis ergo unionem Prolis accusaret, cum idem hic conjuges honeste agunt, quod facinorosi in delictis suis turpiter patiuntur? Præterea respondemus, Unione Prolis factionem testamenti non auferri, sed restringi. Etiam qui omnia bona donavit, & nihil sibi reservavit, sed multum æris alieni conflavit, hæreditatem potest relinquere, l. 119. d. V. S. Et conjuges qui unierunt prolem, testamento successores sibi plenissimos scribere possunt, dummodo illos instituant, ad quos per unionem prolis hæreditas per ventura esset. Quippe etiam parentes liberos, liberi parentes necessario sibi hæredes facere debent, si rite & secundum LL. testari velint. *Neque enim quisquam in testamento suo carere potest, ne leges in eo locum habeant.* l. 55. d. Leg. I.

XVI. Alterum quod unioni Prolis objicitur, est non majoris difficultatis. Pacto successio transferri nequit, & ex eo instrumento nulla nascitur actio, in quo contra bonos mores de successione futura interposita fuit stipulario, cum omnia, que contra bonos mores vel in pactum vel inscriptionem deducuntur, nullius momenti sint, l. 4. C. d. Inut. stip. Hereditas enim vi-

ventis

22 Disputatio Juridica, Cap. II.

ventis non est in rerum natura, l. i. d. Her. vend., nec pactis est obnoxia, sed vel testamento defertur extrancis, vel lege cognatis, l. 5. C. d. Pact. conv. Et turpitudo pacti de successione futura in eo versatur, quia rotum captanda mortis continet, quod improbatum, l. ii. C. d. Transact. Proinde stipulatio hoc modo concepta, si beredem me non feceris, tantum dare spondes? inutilis est, quia contra bonos mores est, l. 61. d. V. Q.

XVII. Iterum certis exceptionum finibus hæreditate hujus vel illius inspecie pacisci nequeam, tamen in genere hæreditates mihi obventuras tibi possum promittere, l. 5. §. 2. Pro Soc. (2.) Princeps successorem sibi non minus pacto, quam testamento constituere potest. Gasl. II. O. 127. Ex quo apparet pactum de successione nulla naturali turpitudine laborare. Et hæc sunt pacta illa confraternitatis, Erbverbrüderungen/ quorum exempla sunt apud Limn. de J. Publ. L. IV. c. 8. n. 161. & seqq. Conf. Illusfr. Dn. Cocceji J. Publ. c. 26. §. 1. & seqq. Huc etiam pertinet Ganerbinatus, unde Han (i. e. gemeint) Erbhen/ quorum mentio fit in O. C. P. II. tit. 13. Conf. Id. c. 26. §. 17. (3) Militibus in prælio de hæreditate pacisci licet, l. 19. C. d. Pact. (4) Pactum valet, si is, cuius de hæreditate paciscimur, consentiat, & usq; ad mortem in eo consensu perseveret, l. f. C. d. t. (5) Pacta familiæ jurata Jus primogenituræ, & hæreditatis constituunt. D. Cocceji J. P. c. 27. §. 8. (6) Pacta dotalia, de successione mutua Conjugum sunt

Sunt legitima, Gail. II. 0. 126. n. 3. Myns. Cent. II. 0. 33.
n. 10. Lauterb. ad ff. d. Pact. lit. R. Conf. Vinn. d. Pact. C.
19. Bers. d. Jur. primogenitur. c. 5. §. 10. Barthol. Muscul.
d. Success. conventional. class. i. membr. i. conclus. 3. Quo-
rum dotalium vel salteti nuptialium pactorum
pars & accessio plerumque est unio prolis.

XVIII. Quemadmodum igitur pacta nu-
ptialia de successione mutua Conjugum va-
lent etiam sine Prætore, ita & unio Prolis
sine Prætore constat. Magna quidem diffe-
rentia patet inter pacta conjugum de sua tan-
tum successione, & unionem prolis, qua conjuges
de tertii, privignorum, successione paciscuntur. Ve-
rum enim vero hæc differentia cessat, si dicamus,
uti jam diximus, Unione Prolis sine Prætore solos
Conjuges obligari, non prolem privignam, nisi
ipsa velit & acquiescat in unione minus solenni.
Porro & hoc considerandum est, Unionem Prolis
ad ea tantum bona pertinere, qua proles unita ex-
pectat a parente, non quæ jam accepit. Neque
enim adventitia, neque castrensis bona in unio-
nem Prolis veniunt, sed sola profectitia & cetera,
de quibus Conjuges in ultima voluntate dispone-
re potuissent, Ruck. c. 7. per tot. Adeo ut licet Præ-
tor unionem Prolis confirmaverit, tamen ea non
ultra extendatur. Quippe tueri Prætor per unio-
nem jus cuique Proli quæsitum debuit, non eripe-
pere, nec injuriarum cominisci, i. e. §. 2. Quod ri aut clam.
Quod si tamen alimenta proli unitæ unius pra-
stat, ex æquitate Usumfructum in patrimonio
Prolis

24 Disputatio Juridica, Cap. II.

Prolis nanciscitur, Bartbol. Muscul. d. successi^r cond
membr. 3. class. I. n. 23.

XIX. Hæc omnia ex ipsa definitione sponte fluunt. Unio enim prolis privignos communibus liberis non in omnibus, sed in sola successione exæquat, ut non uni conjugi, ex quo nati sunt, sed utrique, perinde ut liberi communes, succedant. At vero in adventitiis & Castrenibus succedere non possunt, quia ea jam habent. Neque communibus liberis in omni successione privigni exæquantur, sed in sola successione Conjugum. Ex unione enim Prolis jus succedendi tantum nascitur proli unitæ, ut vitrico vel novercæ possit succedere, non comprivignis unitis, Rick. c. 6. n. 47. Bets. d. c. 5. §. 30. nisi aliud actum, Rick. d. c. 6. n. 56. Quod ordinatio Moguntina expresse docet, Ge
machte Kinder / vermöge der Einkindshaft/ sollen unter
einander nicht erben / noch die Einkindshaft Vererbung über
väterlich und mütterlich Erbschafft würcken/ es wäre dann in
der Einkindshaft ferners erklärt / und mit Erland-
nahm zugelassen. Rick. c. 7. n. 6. Nam partis causaque
cognita restringi & extendi unio Prolis potest, &
pro tota successione & pro ejus parte fieri, Id c. 6.
n. 76.

XX. Ut autem cetera Pacta ob dolum, me-
zum, errorem, æstatem, læsionem immodicam re-
scinduntur, ita etiam Unio Prolis. Neque refert,
Prætor accesserit, an defuerit. Nam prætoris con-
firmatio non excludit justas querelas. Si tamen
Prætor adfuit, Unio prolis iniqua per restitutio-
nem

nem in integrum rescindenda est: alias ut per se invalida contemni a privignis potest, *arg. l. ii. C. d. prad. &c al. reb. min.* Ut etiam cetera pacta & stipulationes stricte interpretanda sunt, nec ultra vocem paciscentium extendenda, *l. 99. pr. d. V. o.* Ita non minus Unio Prolis, sive Prætoris auspicio contracta sit, sive illo caret. Prætor enim non mutat naturam pacti, sed totum ejus officium eo pertinet, ut indemnitate Prolis unitæ consulat. Quod si tamen pactis dotalibus, ut afolet, unio Prolis inferatur, bona fidei naturam induit, supr. c. i. §. f.

C A P U T III.

Demonstrat

Ex solennitatibus Unionis Prolis, eam & consistere sine Prætore.

S U M M A R I A.

- | | |
|---------------------------|---------------------------------|
| 1. Rationes solennitatum, | 7. Actio insinuator. |
| 2. Causa cognoscitur. | 8. Praedicit tutoris autoritas. |
| 3. A Prætore. | 9. Cognatorum consensus. |
| 4. Non suspecto. | 10. Inventarium, |
| 5. Decretum. | 11. Ad indagandas facultates. |
| 6. Scribitur. | 12. Finis barum solennitatum. |

S. I.

Quia Unio Prolis contra naturam patitorum vulgarium (1) de hereditate disponit, supr. c. 2. §. 16. & segg. (2) testamenti facultatem adimit

D

admit, c. 2. §. 12. (3) non tantum Conjuges pacientes, sed etiam unitam Prolem obligat, (4) nec à solis parentibus, quorum affectum nullus extraneus vincit, verum etiam à vitrico vel noverca conficitur, quorum animus privignis solet esse infensus; propterea non absolvitur nudo consensu Conjugum, sed solennitatibus certis & circumspetionibus contra omnes dolos & injurias quasi armatur, ne Proles privigna, cujus in favorem Unio Prolis concepta & tot solennitatibus ab injuriis metuendis emunita est, damnum incurrat. Ubi enim plus periculi ac fraudis pertimescitur, maiore cautione ac providentia opus est. Ideo etiam in testamentariis successionibus, quia tot astibus & machinamentis obnoxiae sunt, res per testium solennitatem ostenditur, nec duo testes sufficiunt, sed amplior numerus & accurasier subtletas requirienda est, ut per ampliores homines perfectissima veritas reveleatur, l. f. C. d. fideic.

II. Prima igitur & maxime necessaria in Unione Prolis solennitas est causæ cognitio *supr. c. 2. §. 8.* quæ ceteris solennitatibus & originem præbet, & fundamentum substernit. Quomodo autem causæ cognitione adoptio & Unio Prolis convenient vel differant, *videb. c. 4. §. 5. infr. Conf. Rick. c. 6. n. 14.* Inprimis facultates utriusque conjugis oportet excutere & curare, ne specie unionis alter in alterius possessiones involet, & illis insidiose contra bonos mores inhiet, *Carpz. L. V. R. 6. n. 20.* Alioquin enim Unio Prolis dissociabit animos, non uniet,

uniet; & quod amoris vinculum esse debebat, seditionis atque odii causa fiet, idem velle, eandem hæreditatem concupiscere, *sen. d. Ir. L. III. c. 34.*

III. Non tamen sufficit privata causæ cognitio: Sed publice magistratus Unionem Prolis explorare & inquirere debet. *Ubi* unque enim *causa cognitio* est, *ibi* Prætor desideratur. *l. 105. d. R. 3.* Nec arbitrorum autoritas in Unione quicquam valet. Licet enim compromissum ad similitudinem judiciorum redigatur, & ad finiendas lites pertineat, *l. i. d. Recept. qui arb.* tamen *privatorum consensu* judicem non facit eum, qui nulli praestit *iurato*, nec quod in statuit, rei judicata continet autoritatem, *l. 3. C. d. Jurisd.*

IV. Quemadmodum autem *Consul vel Preses* sua autoritate *apud se* met ipsum adoptari potest, *l. 3. d. Adopt.* ita etiam si privignus magistratum gerat, causam unionis suæ cognoscere, & se vitrico vel novercae & comprivignis, non tamen comprivignos sibi per unionem obligare potest. E contrario si vitricus Prætor sit, suo consensu Unionem Prolis non corroborat, quia omnis Prætor de sua causa cognoscens, & jus sibi dicens suspicione laborat, *l. 10. d. Jurisd. l. un. C. Ne quis in sua causa jud.* Ab alio igitur Prætore Unio Prolis, quam Prætormonitur, cognoscenda est, *Rick. c. 9. n. 14.*

V. Causa cognita, & utilitate unionis perspecta, Prætorem decreto eam approbare & confirmare oportet. *Quacunque enim causa cognitionem desiderant, per libellum expediri non possunt, neque nudum rescripto aut subscriptione Principis absolvuntur,*

tur, sed decretum requirunt, l. 9. §. 1. d. Off. Precons. l. 71. d. R. J. Non tamen opus est, ut prætor tantis ambagibus in decreto unionis utatur, quantas immani formula præscribit Rick. c. 6. n. 76. ; sed sufficit, si declareret, se autoritatem in Unione Proliis contrahenda interposuisse. Tum enim omnia solenniter ac rite videntur peracta esse, donec probetur contrarium, arg. §. f. d. fidicj. §. 12. 17. d. Inut. slip. l. p. C. d. Contrab. slip.

VI. Nequaquam autem viva voce Prætor Unionem Proliis confirmare potest, sed scriptura decretum comprehendere debet, ut æterna documenti autoritas ad probationem supersit. Vox enim momento perit; sed scripta ferunt annos. Solent etiam plurima Unioni pacta & leges superaddi, quæ oblivione consumerentur, nisi scriptura memoria conservaret, Rick. d. c. 9. n. 30. & seqq. Scripti tamen errore vel mendacio veritas rerum gestarum, si aliunde probari possit, minime vitiatur, l. 6. §. 1. d. Off. Pref. i. t. C. plus val. quod ag. l. 2. C. d. Emanc. l. 17. C. d. Pact. l. f. C. Quæ res pign. obl. Interdum quidem plus valet scriptura, quam veritas, l. 19. in f. d. Usufr. leg. Sed non nisi propter inopiam probationum, l. 30. in. f. d. Testam. tut. l. 7. §. 2. d. supell. leg.

VII. Porro ut eo plus autoritatis publicæ ad Unionem Proliis conferatur, instrumentum ejus actis publicis insinuandum est. Sic enim illa publica fide semper constabit, nec injurias privata manus incurret. Si privatim custodiretur, fraudi

fraudi locus pateret amplissimus, & improbitas vitri ci vel novercæ, vel ipsius prolis ingratæ, ascribere falsa, delere & eradere vera posset. Prætor autem uti incorruptus unionis explorator, ita ejusdem fidelissimus custos est. *Gail. II. O. 125. n. 7. 8.*
Carpz. L. V. R. VI. n. 23. Proinde nec testes Unio Prolis desiderat, *Rick. c. 6. n. 36.* Nam superfluum est privatum testimonium, cum publica monumenta sufficiant, *I. 31. C. d. Bon. I. 18. 19. C. d. Testam.*

VIII. Causæ Cognitionem Prætoriam præcedere vel comitari debet tutoris autoritas vel Curatoris consensus, in cuius potestate Proles unienda continetur, *infr. c. 4. §. 10.* Et quidem tutoris præsentis autoritas statim intervenire debet, *Poſt tempus vero vel per epistolam interposta autoritas nibil agit, §. 2. d. aut. tut.* Nec tutor per se nomine pupilli Unionem Prolis comprobare potest, sed ipse pupillus infantiam egressus consentire debet. *Rick. d. c. 6. n. 28.* Quamvis enim hodie tutores nomine pupillorum omnia soleant peragere, *Frantz. Ex 3. g. 4. in f.* tamen excipiuntur cum Unione prolis hæreditatis aditio. *I. 5. C. d. J. delib.* &c ad eam *Brunn. n. 2. arrogatio, I. 5. ff. I. f. C. d. Adopt.* ceteraque actus legitimi, *I. 123. d. R. J. donatio, I. 22. d. admin. tut.* Procuratoris constitutio, *I. 11. C. d. procur.* Sufficit tamē ad unionem consensus prolis tacitus, *Rick. c. 9. n. 4.* Pro infante tutor solus consentit, *arg. I. p. in f. C. d. Emanc.*

IX. Ad augendas solennitates, præter autoritatem tutoris, consanguineorum utriusque partis

30 Disputatio Juridica, Cap. III.

tis præsentia & comprobatio accedat, oportet,
Rick. d. c. g. n. 5. Carpz. L. V. R. 6. n. 17. Gail. II. O. 125. n. 5.
8. Besold. delib. Jur. L. 1. n. 34. Argumentum tamen,
quod Dd. in hac solennitate adhibenda ab arro-
gatione ad unionem trahunt, non valere videtur.
In arrogatione enim tantum propterea cognato-
rum consensus efflagitatur, quia per eam lae-
duntur, & à successione legitima excluduntur, l. 39. ff.
l. 2. C. d. Adopt. j. l. 7. ff. cod. Quod in unione me-
tuendum non est, quia (1) non pertinet ad bona
proli quaesita, in quibus solis proles unita hæredem
habere potest, (2) Licet de iis quoque bonis con-
cepta sit, tamen non excludit parentem prolis, au-
torem unionis, qui solus proximus successor est,
nisi proles liberos habeat, qui perinde succedunt,
ac si unio facta non esset.

X. Ultima solennitas summæ quidem uti-
litatis, non tamen semper necessitatis, in Unione
Prolis non minus quam in aliis negotiis, in quibus
vires patrimonii indagandæ sunt, adhibetur, Con-
fessio nimirum Inventarii, Rick. c. 6. n. 40. Ulti-
mo eam loco reservavimus, quia ejus omissio U-
nionem Prolis non vitiat, sed tantum suspectam
redit, nisi Statuta locorum inventariorum conscri-
bi diserte jubeant, uti Statutum Freyburg. Und
eigentlich im Glauben erkundigt und auffgeschrieben wer-
den/ was zeitlichen Guts jedes Kind von ihren Eltern ha-
be/ es sey liegendas oder fahrendes/ Rick. d. l. n. 41.

XI. Tanta igitur necessitas inventarii non
est in unione Prolis, quæta in administratione tute-

la.

I^a. Tutor enim qui repertorium non fecit, dolo fecisse videtur l. 7. pr. d. adm. tut. & quasi suspe-
ctus cum infamia removetur l. f. §. f. C. arbitr.
tut. quia inventarium est caput atq; fundamentum
rationum reddendarum, Carpz. P. III. C. 33. d. 7. n.
4. ad quas omnis tutor obligatur, licet paterno
testamento contrarium cautum sit l. s. §. 7. d. adm.
tut. Nullus igitur tutor ad gestionem admitti po-
test nisi facto inventario, Ord. Pol. 1577. Tit. 32. §. 3.
Ast in unione non queritur de rationibus red-
dendis, sed de successione privignis communican-
da. Quod si tamen Comprivigni uniantur, neces-
sario utriusque parentis facultates investigandæ
sunt, & repertorio consignandæ, eorumque inæ-
qualitas per constitutionem p̄cipui corrigenda
est, ut opulentiori comprivigno plus tribuatur,
quam inopi, nec ex detimento alterius alter fiat
locupletior Stat. Worm. ap. Rick. c. 4. n. 1.

XII. Has soleunitates adeo necessarias, & in
utilitatem uniendæ Prolis singulariter excogita-
tas repudiare Conjuges in Unione Prolis non pos-
sunt, licet sacramento fidem suam obstrinxerint,
imo licet ipse Prætor consenserit. Pactio enim
privatorum juri publ. non derogat. l. 28. pr. l. 38. d.
Pact. l. f. d. suis & leg. l. s. §. 7. d. adm. eus. nec aliter
Prætorem judicare oportet quam legibus aut moribus
proditum est, pr. d. off. jud. Nec sacramentum ad-
mittitur in alterius injuriam, vel violationem le-
gum l. s. in f. C. d. LL. Se quidem Conjuges et-
iam sine soleunitatibus Unione Prolis obligant,
adeo

Disputatio Juridica, Cap. III.

3² adeo ut unus invito altero eam non possit rescindere /supr. c. 2. §. 5. & 6. Proles tamen unita, dummodo solennitas vel una saltem deficiat, totam unionem Prolis ut irritam & vitiosam aspernari, & in solidum suo Parenti succedere, aliosque exunione Prolis successuros excludere potest *Carpz. L. V. R. 6. n. 24.* Convalescit autem Unio Prolis sine Prætore & sine ullis solennitatibus celebrata, si vel Princeps eam ad Conjugum preces confirmet *l. 38. d. adopt.* vel proles unita ratam habeat. *conf. infr. C. 6. §. 13. & seqq.* Constat enim solennitates recensitas omnes unum eundemque finem habere, incolumitatem Prolis. Quando igitur unio sine Prætore & sine solennitatibus proli felix ac salutaris est, Prætor adfuisse videtur, quia nihil aliud agere potuisset, quam quod actum est. *vid. l. 1. §. 10. d. op. nov. nunc.*

CAPUT IV.

Demonstrat.

*Ex Convenientia inter Adoptionem
& Unionem Prolis, hanc vale-
re & sine Prætore.*

SUMMARIA.

- | | |
|--|--------------------------------|
| §. 1. Convenientia Unio Pr. Adoptioni. | 7. Cadit in dementes. |
| 2. Ultraque successionem tribuit, | 8. In Utrumque sexum, in Spu- |
| 3. Neutra Sanguinem, immuni- | dones. |
| tatem. | 9. Requirit causa cognitionem. |
| 4. Veros Liberos. | 10. Curatoris consensum. |
| 5. Feuda, Fratres. | II. Est voluntaria Juridicit. |
| 6. Ultraque J. Civilis. | |

s. I.

§. I.

Communi sententia & assensione Dd.
Unio Prolis nulli Juris Civ. materiae quam
Adoptioni habetur similior. Ambas omnia pro-
pemodum tenere communia iisdemque regulis
gubernari vulgo asseritur. *Besold. Thesaur. Pr. Voc.*
Einkindschaft. Ideo nec mirum, quod pleriq; sine o-
mni discrimine illud ad substantiam & fundamen-
tum Unionis effagitent, ut Prætor interveniat,
nec ullam Unionem Prolis sine Prætore consiste-
re putent, quia viderunt, nullam sine Prætore a-
doptionem valere. Eandem igitur necessitatem
Prætoris, quam in adoptione deprehendimus, ar-
gumentum nimis præcox ad unionem Prolis trans-
tulit. Quod ut discutiamus & materiae utrius-
que fines ac terminos rite separemus, in hoc qui-
dem capite primum convenientiam adoptionis
cum Unione Prolis considerabimus. In proximo
autem subjungemus differentias, ut non tantum
constet, quæ communia cum Adoptione Unio
Prolis habeat, sed etiam quæ sibi propria. Utrin-
que haud dubie manifestum fiet, plura esse & ma-
jora, in quibus adoptio cum Unione Prolis diffe-
rat, quam in quibus cum eadem conveniat; &
accidentia quidem utriusque materiae convenire,
naturam autem penitus discrepare, ideoque argu-
mentum infirmissimum imbecillimumque esse,
quo per adoptionem naturam unionis probare
contendimus.

E

II.

II. Utraque (1) tam unio Prolis, quam adoptio tribuit jus succedendi, §. 2. l. p. C. d. Adopt. §. 4. d. Exher. lib. §. 14. d. her. que ab int. quanquam in hac prima convenientia multæ dissimilitudines delitescant. Nam (2) filius adoptivus soli patri succedit, non matri, quia per adoptionem nulla mater fit, nisi ex indulgentia Principis. At unitus Conjugi utrique succedit. (3) Adoptio tribuit mutuam successionem, ut & pater filio, & filius patri succedat. Sed unio tantum proli unitæ successionem tribuit, non vitrico unienti, nisi expresse id conventum sit. (4) Arrogatus habet spem succedendi non soli patri, sed etiam avo & omnibus ceteris agnatis: Sed unio Conjuges Unientes non egreditur, (5) Arrogans, non uniens, filium per emancipationem & exhæredationem à successione removere, & excludere potest l. 8. §. 15. d. Inoff. test. §. 3. d. adope.

III. Neutra (2) nec adoptio nec unio necessitudinem Cognitionis vel sanguinis infert, l. 23. d. adopt. Jura enim sanguinis naturalia Jure Civ. nec dirimi nec conciliari possunt, l. 8. d. R. 7. §. f. d. Leg. agn. tñt. §. 11. d. Her. que ab int. l. 8. d. Cap. min. licet Prætoris autoritas intervenerit, l. 2. §. 1. d. usufr. car. rer. Neutra (3) immunitatem generationi liberorum concessam vindicat. Licet enim quinque vel plures liberos adoptaveris aut univeris, tamen nec a tutela nec aliis muneribus excusationem tibi LL. indulgebunt. pr. d. Excus. l. 2. §. 2. d. Vat. §. excus.

IV. Neutra (4) legatum tibi sub conditio-
ne si liberos habueris, acquirere potest, quia testa-
tor naturales & legitimos, non fictos liberos, qua-
les per adoptionem & unionem fiunt, intellectissime
videtur l. 76. d. Cond. & Dem. l. 51. in f. d. Leg. II.
Neutra (5) fideicommissarias substitutiones libe-
ris factas evertit. Si enim pater liberos suos ro-
gat, ut post mortem hereditatem alteri cuidam
relinquant, semper videtur quidem hanc tacitam
adjecisse conditionem, si sine liberis decefferint,
ne videatur alienas successiones propriis anteponere l. 30.
C. d. fideic. l. 102. d. cond. & dem. vero stamen & na-
turales liberos hac conditione tacita comprehendisse
creditur, non umbram & imaginem liberorum,
quam unio Prolis & adoptio habent.

V. Neutra (6) Jus revocandi donationem
ex l. 8. C. d. Revoc. don. tribuit, ne donator leges elu-
dere, & liberalitates ad suum arbitrium libidinem
que infirmare possit Rick. c. 9. n. 27. Neutra (7) feu-
dorum successionem communicat, nisi & Princeps
& agnati omnes consentiant l. 4. C. d. Emanc.
Rick. d. c. 9. n. 33. Neutra (8) fratres facit, sed tan-
tum liberos l. 7. C. d. Har. inst. Utraque (9) tam ne-
potum quam filiorum gradus in successione con-
stituit s. c. 6. d. Adopt. Quemadmodum enim pri-
vignos filiis, ita privignorum filios nepotibus per
unionem Prolis exæquamus.

VI. Utraque (10) est Juris Civ., adoptio scri-
pti, Unio non scripti, *supr. c. 1. §. 8.* Pertinet igitur
ad solos cives Rom. non deportatos, vel peregrini-

36 *Disputatio Juridica, Cap. IV.*

nos. Quamobrem exilium vel unientis vel uniti est modus, quo Unio Prolis extinguitur, quia exul neque successorem habere, neque succedere potest, *l. 1. C. d. H. J.* sed patriam potestatem & omnia Jura civitatis amittit, *l. 17. in f. d. Pan. l. 15. d. Interd. & deport.* Si tamen plenissimè in integrum restituta-
tur, etiam Unio Prolis reviviscit, *§. 1. Quib. m. jus pair. pot. solv. l. 1. C. d. Sentent. pass.* Pro deportatis
hodie habentur banniti, & ad triremes vel aliud
opus publicum perpetuò condemnati, *Brunnem. ad*
d. l. 1. in f. C. d. H. J. nonrelegati, *§. 2. quib. mod. jus patr.* licet in perpetuum, *l. 7. §. 3. d. interd. & Deport.*
& cum infamia, *l. 5. §. 2. d. extraord. cogn.*

VII. Utraq; (11) & in cœcas personas cadit,
nam coecus unire & uniri potest, uti adoptare & ad-
optari, *l. 9. d. Adopt.* Sufficit enim oculos mentis
intendere, licet corporis visus defecerit. Imo (12)
ne dementia quidem vel infantia, quæ furori com-
paratur *§. 10. d. Inut. Stip.* Unionem Prolis vel adoptio-
nen impedit. Nam & infans & propterea furio-
sus quoq; uniri & adoptari possunt, *§. 3. d. Adopt. l. 42.*
ff. eod. Eorum enim consensum supplet curato-
rum autoritas.

VIII. Porro (13) Uterque sexus uniri potest
& adoptari, *l. 21. d. adopt.* uti (14) proles castrata
non minus unionis, quam adoptionis capax est. At
ex contrario (15) homo castratus nec unire potest,
nec adoptare. Spadones verò (16) tam adoptare
possunt, *§. 9. d. Adopt. l. 2. §. 1. l. 40. §. f. eod.* quam
unire, *arg. l. 14. in f. d. Manum. vind. l. 39. §. 1. d.*
f. dot.

J. dot. I. 6. pr. d. Lib. & post. Nec refert spadonatus
an factus sit, l. 138. d. V. s. Nam licet non minus
capitale sit spadonem facere, quam castrare, l. 4.
§. f. l. 5. ad L. Corn. d. Sic. tamen solis castratis inter-
dictum est matrimonium, non spadonibus, quibus
non erecta sunt membra genitalia, sed corrupta.

IX. Utraque (17) requirit causæ cognitio-
nem, supr. c. 3. §. 2. ne qua calumnia, ne qua fraus, ne-
quis dolus asperbitur, Cic. pro Dom. c. 14. In Adoptio-
ne tamen longè major causæ cognitio necessaria
est, quam in Unione. In hac enim id tantum in-
spicitur, ne successio iniqua tribuatur, nec patri-
monium, quod protes unita vel habet vel sperat, a-
liquid detrimenti accipiat. At in Adoptione,
non tantum bona investigantur, sed etiam ætas
tam adoptantis quam adoptati, & facultas gene-
randi, & rario dignitatis, Cic. d. l. c. 13. inf. c. 5. §. 4.
Præcipue (18) pupilli vel minoris tam arrogatio
quam unio sollicitissimam causæ explorationem
desiderat, §. 3. d. Adopt. l. 2. C. eod. Incuntis enim eti-
am inscitia senum constituenda & regenda est prudentia.
Cic. Off. l. c. 34.

X. Ad utramque igitur (19) præter consen-
sum pupilli vel minoris etiam Tutores vel Curato-
res matuoriore judicio consentire debet, l. 8. d. Adopt.
supr. c. 3. §. 8. Et si parentes ipsi, qui adoptant
vel uniunt, adhuc minores sint, etiam horum Cu-
ratores oportet consentiant. Nec sufficit in U-
nione consensus matris, quamvis liberorum tutelā
legitimam administraverit. Jubetur enim tute-
lam

Iam deponere, statim ac secundas nuptias contra-
hat. *N. 94. c. 2.* Et licet post secundas nupt. in tutela
perseveret, tamen non habetur amplius pro tuto-
re, sed pro spoliatrice, nec succedit impuberi fi-
lio, *l. 6. C. ad SC. Tert.* Et quanquam ante nuptias
secundas Unionem Prolis possit contrahere, tamen
haec valere non incipiet, nisi post secund. nupt. supr.
c. 2. §. 2. Nec fraudis suspicione mulier caret, quæ
de secundo cogitat matrimonio, & unionem, se-
cundi matrimonii ætum, celebrat. Pater autem
secundam Uxorem ducens, liberos suos Noverçæ
in unionem dare potest, sine tutoris cuiusdam au-
toritate, quia ipse optimus filiorum consiliarius est,
l. 22. §. f. ad L. 3. d. Adult.

XI. Utraque (20) extra judicium fieri pot-
est, ut ætus voluntariæ jurisditionis, *l. 2. d. Off. Pro-
cons. l. 36. d. Adopt.* Ubiunque enim Prætor judi-
candi gratia consistit, is locus recte jus dicitur,
licet domi vel in itinere, hoc agat, *l. 4. inf. f. d. in-
terrog. in jud.* Quamvis autem privato loco u-
traque fieri possit, tamen publicam Magistra-
tus autoritatem utraque desiderat. Et in ado-
ptione quidem Prætor vel Princeps est neces-
sarius ad substantiam ætus, in Unione ad utilita-
tem Prolis. Adoptio igitur nunquam valet, sine
Prætore, unio aliquando, si Proli conducat, per
l. 6. C. LL. V. infr. c. ult. §. 12.

CAP.

§ (39) 60

C A P . V .

Demonstrat

*Ex Differentia inter Adoptionem
& Unionem Proli hanc valere
etiam sine Prætore.*

S U M M A R I A .

- | | |
|--------------------------------|-------------------------------|
| 1. Adoptio sola | 8. Et atlas unius. |
| 2. Tribuit par. potestatem. | 9. Locum facti peculiis. |
| 3. Est propria masculorum, | 10. Finie tutelam pristinam; |
| 4. Qui generre nequeunt. | 11. Nascenti non adoptantur. |
| 5. Natum initatur. | 12. Cælebs adoptat, non unit, |
| 6. Conciliat agnationem, no- | it, Coram quo magistratu |
| bilitatem, | adoptio fiat |
| 7. Tutelam, successionem legi- | 13. Uniones diversa natura, |
| mam. | |

§ . I .

Convenientias inter unionem Proli & Adoptionem 33. corrasit Rick. c. 9. quarum paucas majoris momenti excerptimus, plures ipsi adjecimus, plurimas, ut supervacaneas, omisimus. Neque enim operæ pretium videtur esse iis immorari, quia non ad adoptionem & Unionem solas pertinent, sed alii innumerabilibus materiis communes sunt. At differentiae plurimum ad substantiam cognoscendam faciunt, & quasi ex medulla intimioris naturæ delibantur. Et harum 15. exiguisimi ponderis proposuit Rick. d. l. n. 38. Longe & graviores & numerosiores adjiciemus, Præter eas quas superioribus Disputationis membris

bris jam exposuimus passim, ut fines utriusque manifestos pangamus, & argumentum, quod ab Adoptione ad unionem trahitur, elidamus & refutemus. Illud enim unicum est, quod Dd. habent ad probandam necessitatem Prætoris in Unione Prolis, quia, inquiunt, perpetua Prætoris necessitas est in Adoptione.

II. Prima & præcipua differentia, fons ac parentes multarum, in eo consistit, quod Adoptio modus sit acquirendi patriam potestatem *pr. d. Adopt.* Ideo privatum fieri nequit, sed publicam magistratus autoritatem desiderat. Nam & ceteri modi, quibus patria potestas inducitur, publici sunt. Matrimonia enim in conspectu Ecclesiæ sunt. Oblatio Curiæ erat publica. Ceteræ quoque legitimations per Rescriptum Principis solenniter & publice firmantur. At per Unionem Prolis nulla patria potestas, sed successor tantum acquiritur, qui & per pacta constitui potest *supr. c. 2. §. 17.* & per Donationes *l. 35. §. 4. C. de Don.* & per ultimas voluntates, quæ omnia sine Prætore constiunt. Quanquam autem proles unita non sit in vitrici vel novercæ unientis potestate, tamen & alimenta necessaria & reverentiam illi exhibere debet *Rick. c. 8.* Imo etiam fine unione venerationem conjugi parentum præstare oportet.

Μάλεγε ὁ ὡς τινα τὴν μητέρα ἵχυα βάσαν, Περὶ γ. ν. 169.

III. Hinc fluit (2) quod soli masculi adoptione possint, non feminæ (quia ne naturales quidem liberos in potestate habent) nisi minus plene, & in solitum orbitatis, & ex indulgentia Principis

§. 10.

§. 10. d. Adopt. l. 29. §. 3. d. Inoff. test. l. 5. C. d. Adopt.
At unio Prolis sit semper ab utroque sexu. Est
enim pactum utriusque Conjugis, nec tam ad
solatium orbitatis tendit, quam ad firmamentum
concordiae, nec indiget autoritate Principis, sed
Prætoris, & sine Prætore etiam valet, quatenus
proli salutaris est.

IV. Adoptio (3) est procreationis naturalis
subsidiū, & ea deficiente demum incipit. Quam-
obrem cognoscitur, num forte minor 60. annis
sit, qui arrogat, quoniam magis de liberis natu-
raliter procreandis cogitare debet, nisi valetudo
impedit. 15. §. 2. l. 17. §. 2. d. Adopt. Nov. Leon. 26. Hoc
est Jus Adoptionis, ut is adoptet, qui neque procreare
jam liberos possit, & cum potuerit, si expertus. Cic. pro
Dom. c. 13. Sed unio Prolis est procreationis vigen-
tis comes, & etiam ab adolescentulis ac bene va-
lentibus contrahi potest, quod est contra Jus ad-
optionis Cic. d. l. c. 14.

V. Adoptio (4) naturam imitatur, & eos fili-
os nobis facit, quos per naturam filios habere potu-
issemus, l. 6. d. adopt. Ergo nec majorem minor ad-
optare potest, nec æqualis æqualem, §. 4. d. Adopt.
Cic. d. c. 13. in f. Sed plena pubertate adoptans ad-
optatum debet præcedere, l. 40. §. 1. d. Adopt. Hoc
vero in unione non attenditur. Nam sæpe accidit
novercam esse minorem privigno. Hunc igitur uni-
re potest, quia non sit per unionem filius, sed suc-
cessor & hæres. Potest autem succedere senex juve-
ni, pater filio, turbato ordine mortalitatis, l. 15. pr. d.
Inoff. test.

VI. Adoptio⁽⁵⁾ conciliat novas agnationes, veteresque extinguit, l. 3. pr. d. Cap. min. l. 23. d. Adopt. &c⁽⁶⁾ impedit matrimonium, §. 1. 2. 3. §. d. Nupe. d. l. 23. inf. Non unio, §. 8. d. s. l. 34. §. 2. d. R. N. Arrogatio⁽⁷⁾ tribuit adoptato nobilitatem & dignitatem patris adoptivi,

Et sit adoptiva nobilitate tuus. Ovid. Fast. IV. 22.
 quia familiam communicat, ita tamen ut filius adoptatus dignitatem patris naturalis vel suam non amittat. Manet enim Senator & Senatoris filius, licet à plebejo adoptetur, l. 35. d. Adopt. l. 5. s. d. Sen. l. 4. C. d. Decurion. At per unionem privignus neq; dignior, neque nobilior fit, sed in familia sua totus manet. Idcirco nec⁽⁸⁾ minimam capitis diminutionem unitus patitur, quæ in adoptione plena & arrogatione semper contingit, quia est familiæ mutatio, §. 3. d. Cap. demin. Per arrogationem⁽⁹⁾ testamentum arrogati fit irritum, §. 6. Quib. mod. test. infirm. nisi militare sit, §. p. d. Milit. test. l. 22. 23. ff. eod. At post Unionem testamentum uniti manet integrum.

VII. Per Adoptionem⁽¹⁰⁾ acquiritur jus tutelæ & successionis legitimæ, §. 2. d. Leg. agn. succ. l. 3. d. adopt. junct. pr. d. Leg. agn. tut. Non per Unionem Prolis. Vitricus enim quamvis tutor esse possit, l. 32. §. 1. d. Adopt. tamen non est legitimus. Et licet privigno succedere possit, tamen non ex lege succedit, l. 7. C. Comm. de success. sed vel ex pacto, vel ex testamento privigni, vel ex quasi pupillari substitutione, Carpz. P. III. C. 8. d. 13. Adoptatus⁽¹¹⁾ est suis

suum haeres, §. 2. d. Her. qual. & diff. &c (12) rumpit testamentum paternum, §. 1. Quib. m. test. inf. &c (13) habet querelam in officiosi, pr. d. Inoff. Non unitus. Adoptatus (14) ex haeredari potest, §. 3. d. Adopt. non unitus. Hic (15) succedit ex unione duobus, adoptatus uni. Adoptantis enim uxor non fit mater per adoptionem, l. 23. d. Adopt. Adoptio (16) solvitur tota per emancipationem l. 13. 14. d. t. At in Unionem emancipatio plane non cadit.

VIII. Adoptatus (17) non soli adoptanti succedit, sed omnibus ejus agnatis usque ad septimum gradum l. 4. pr. d. Grad. At unio pacientes non egreditur t. t. C. Int. al. act. Nec avis succeditur ex Unione, nec fratribus unitis, quia est Unio Prolis, non unio fratrum aut cognatorum (eine Einkindschaft nicht aber eine Einbrüderlichkeit oder Verbrüderlichkeit Dr. Zepp. d. Disp. De Unione Prolis n. 31. 34.) Adoptio (18) est actus unius, & ab uno resolvi potest §. 3. 8. d. Adopt. unio autem est actus duorum, nec nisi ab utroque parente rescinditur c. 21. 33. d. R. J. in 6. l. 75. ff. cod. l. 35. 153. d. t. l. 80. d. Solut. l. 5. C. d. O. & A. adeo ut alterutro Conjuge mortuo, poenitentiae facultatem superstes non habeat.

IX. Adoptio (19) locum facit peculiis, & adventitiorum, que filio post adoptionem obveniunt, Usumfructum addicit patri adoptivo §. 1. per quas pers. cuique Non unio Rick. c. 9. n. 49. nisi pro alimentis, supr. c. 2. §. 18. in f. Adoptatus (20) cum capite fortunae quoque suus in familiam & domum alienam transfert l. p. §. 2. d. B. P. sec. tabb. Unitus &

44 *Disputatio Juridica. Cap. VI.*

caput sui Juris, & bona sui arbitrii uti habuit, ita retinet. Arrogato⁽²¹⁾ vere & quasi pupillariter substituitur pr. & §. 1. d. Pup. subst. Vid. tamen l. 10. §. p. d. Vulg. & pup. subst. l. 22. §. 1. d. Adopt. Nunquam unito. Adoptatus⁽²²⁾ testamentarium tutorem accipit §. 3. d. Tut. non unitus. Potest quidem uniens privigno tutorem constituere testamento; ille tamen non ex testamento, sed confirmatione tutor fit, l. 4. d. Confirm. tut. & potius in rem, quam in personam videtur datus esse l. 4. d. Test. tut.

X. Arrogatio pupilli⁽²³⁾ finit omnes tutelas §. 4. Quib. m. tut. fin. Unio nullas. Ideo⁽²⁴⁾ arrogari pupillus nequit, nisi omnes tutores consenserint, ne eis invitatis aut ignorantibus adimatur tutela. Quod enim omnes similiter tangit, ab omnibus comprobetur, c. 29. d. R. J. in 6. Sed in Unione Prolis sufficit consensus tutoris unius l. f. C. d. autor. præst. Tutor vitricus⁽²⁵⁾ pupillum unire potest, quia⁽²⁶⁾ etiam post unionem pupillo unito rationes reddere cogitur; sed adoptare eundem non potest, nisi ex indulgentia Principis l. 32. §. 1. d. dd-opt., ne rationibus reddendis se subtrahat, l. 17. pr. d. s., quia per adoptionem pater factus ad rationes filio adoptivo non obligatur.

XI. Uniri⁽²⁷⁾ soli privigni possunt. Adoptari omnes cives, etiam liberi naturales, l. 11. d. Adopt. Uniuntur⁽²⁸⁾ etiam nascituri arg. l. 7. 26. d. stat. hom. Adoptantur soli nati, quia adoptio, ut actus legitimus, pure & statim fieri debet, neque diem neque conditionem recipit l. 4. d. accept l. 77. d. R. J.

d. R. J. c. 30. d. R. J. in 6. Virgo (29) adoptare nequit §. 16. d. Adopt. Nov. Leon. 27. Unire potest, quia & uxor & noverca esse potest l. 6. 7. d. R. N. Vid. de uxore Virgine Disp. Inaug. Viri Ampliss. atque J. C. t. Dn. Herm. Meieri, Senatoris in patria mea Eminentissimi. Adoptio (30) ægre admittitur, si liberi naturales super sint, ne aut illorum, qui justis nuptiis procreati sunt, diminuatur spes, aut adoptatus minus percipiat, quam dignum erat eum consequi l. 17. §. 3. ff. l. 3. C. d. Adopt. At unio concipi non potest, nisi alteruter saltem conjux liberos naturales habeat.

XII- Adoptio (31) potest fieri in coelibatu l. 30. d. Adopt. non unio. Adoptio (32) est duplex. Arrogatio fit principali rescripto §. 1. d. Adopt per sacram oraculum §. p. d. t. l. 6. 8. C. eod. Adoptio filii. fit coram magistratu inferiore, apud quem plena legis actio est, l. 4. ff. l. 1. C. d. Adopt. At unio prolis est simplex, & semper coram judice inferiore expediri potest. Adoptionis confirmatio (33) neque imperii est, neque jurisdictionis, sed specialis concessionis, & ab eo solo magistratu fit, cui nominatim hanc facultatem lex tribuit l. 6. §. 2. d. T. t. Idecirco apud Proconsulem, etiam in ea provincia, quam sortitus non est, adoptio celebrari poterat l. 36. §. 1. d. Adopt. quia ubique extra Romam voluntaria jurisdictione gaudebat l. 2. pr. d. Off. Procons. Sed apud legatum Proconsulis, adoptare nemo poterat, ne quidem in ea provincia, quam sortitus erat d. 2. §. 1. l. 3. d. t. nisi ipse Proconsul absentiae necessitatem haberet l. 17. §. 1. d. Man. vind. Tum enim poterat legato omnem jurisdictionem suam mandare l. 5. d. Off.

46 *Disputatio Juridica, Cap. VI.*

d. Off. Procons. Rosin. Antiq. L. VII. c. 44. At unio est Jurisdictionis ordinariae, & ab omni iudice vel praetore competente confirmari potest, & valet etiam sine Praetore, si Proles velit. Introducta enim est ex J. Germ. non scripto, seu consuetudine supr. c. 1. §. 8. nec uni magistratui speciatim & diserte mandata, sed omni Praetori generaliter taciteque commissa.

XIII. Tantas tam varias inter Unionem Prolis & Adoptionem differentias qui accurate observaverit, non amplius existimabit, Unionem Prolis adoptioni fere in omnibus convenire, cum tamen perpetuum earum discrimen sit, quia naturam penitus diversam habent, nec nisi in accidentiis paucis convenient. Ita nec feudasunt, nec feudis originem dedere, quæ in id allegari solent, et si quid simile feudis habeant, ut militiae Rom., Clientelæ, fœdera inæqualia, Veterum coloni vel homines aut actores &c. quæ accurate recenset *Illiustr. Dn. Coccejus in Hypomn. Feud. tit. I. 1b. 6. & tb. 13. inf. tit. II. tb. 10.* Neque enim ullum in toto Jure aut rerum universitate occurrit negotium, quod ita separatum atq; distinctum à ceteris sit, ut non in uno vel altero saltem necessitudine & cognatione cum aliis conjungatur. *Ipsiss virtutibus virtus confinia sunt, & perditis quoque ac turpibus rebus similitudo est Sen. ep. 120.*

Et mala sunt vicina bonæ; Errorre sub illo

*Pro virtute Virtus crimina sepetulit. Ovid. Rem. v. 323.
Quis autem ideo virtutum pulchritudinem cum
vitiorum deformitate confunderet?*

CAP.

•S(47)•

CAP. VI.

Demonstrat

*Ex ipso officio Prætoris, Unionem
Prolis validam esse etiam
sine Prætore.*

SUMMARIA.

1. Prætor necessarius
2. Ad causam cognoscendam,
3. Vel solennitatem addendum.
4. Adoptio sine Prætore non va-
let.
5. Nec ceteri actus solennes pu-
blici.
6. Unio sine Prætore valet,
7. Si finem suum sine Prætore
obtinuit,
8. Ut alienatio prædiorum pupil-
larium, alimentorum,
9. Rerum Ecclesiasticarum, feu-
di, Emphyteuseos,
10. Fundi dotalia &c.
11. Privilegium favorabile.
12. Prætor de unione cognoscit,
ut proli consulat.
13. Sententia Rickii.
14. Besoldi.
15. Jctorum Tubingenium.
16. Bremensium.
17. In dubio benignius, & ut a-
etus valeat, respondendum est.

§. I.

Nondum acquiescimus, licet per totam
haec tenus Disputationem, quod Unio Prolis si-
ne Prætore consistat, probaverimus, sed in hoc ulto-
mo Cap. singulariter officium Prætoris intuebi-
musr, & ostendemus. Prætoris necessitatem sempiter-
nam & absolutam in iis tantum negotiis esse, quæ
publica sunt, & ad quorum substantiam autoritas
publica intercedere debet. Ubi autem ad solam
personæ alicuius securitatem & incolumentem Præ-
tor adhibetur, ibi necessitas Prætoris est privilegi-
um

um, quod in gratiam & favorem personæ constitui-
tur, nec in odium ejus detorqueri potest, l. 6. C. d.
LL.

II. Per Prætorem non intelligimus eum, cu-
jus intra annum olim erat imperium pr. d. Perp. &
temp. aet. sed omnem magistratum, qui honorem ge-
rit §. 7. d. J. N. G. & C. aliisque hominibus præit at-
que præponitur N. 24. præf. qui jus dicit & causas
cognoscit l. p. d. J. & J. & cuius summa necessitas
est ad Remp. tranquillandam. Parum enim foret
jus esse in civitate, nisi Prætor Juris administer &
rector suppetret l. 2. §. 13. d. O. J. Ejus autem of-
ficium ad tria dirigitur (1)ne per vim & arma homi-
nes suum rapient, sed per judicem modeste repos-
scant l. 13. Quod met. l. p. ad L. Jul. d. v. p. r. v. ne quo-
tidiana tum ultuum occasio generetur l. 176. pr. d. R.
J. sed sine strepitu per actiones legitimas suum
quisque in judicio persequeatur pr. d. aet. l. s. d. O.
& A. Quæ Jurisdictionis species litigiosa & conten-
tiosa à Dd. appellatur, nec ad propositum hujus Di-
sputationis pertinet, (2) Ut providentia & circum-
spectio Prætoris per causæ cognitionem fraudes ex-
cludat & avertat ab iis negotiis, in quibus magna
fraudum suspicio & materia est, & ab iis personis,
quæ multis injuriis & circumventionibus sunt ob-
noxiae. Ubi cunque enim causa cognitio est, ibi Prætor desi-
deratur l. 105. d. R. J. supr. c. 3. §. 3. (3) ut negotiis
magni momenti & auspiciorum solennium publi-
cam autoritatem ac robur præsentia & confirma-
tio Prætoris adjiciat. His enim solennitatis causa
Prætorem adhiberi, lex jubet, ne temerario quo-
dam

dam impetu videantur confecta esse, sed ab homine serio ac deliberabundo.

III. Duo posteriora Prætoris officia sunt voluntariæ jurisdictionis, & hujus loci. Et ad secundum quidem pertinet Unio Prolis, ad tertium autem Adoptio, emancipatio, manumissio vindicta, testamentorum, donationum insinuationes, in quibus non ad causæ cognitionem, non ad personæ aliquius defensionem, sed ad substantiam & necessariam actus solennitatem Prætor intervenit. Quanquam enim in his quoque negotiis aliquando causa cognoscatur, ut in arrogatione, §. 3. d. adopt. l. 15. §. 2. & ll. seqq. ff. cod. supr. c. 4. §. 9. Et domino minore 20 annis manumittente, §. 4. quib. ex caus. man. non licet tamen si persona, in cuius gratiam causa cognoscenda est, nullum damnum incurrat, sed emolumen- tum percipiat, causæ quidem cognitio salvo a-etu omitti poterit, sed non Prætoris confirmatio, quæ hic ad formam & naturam negotii pertinet. Ne- mo igitur in his actibus solennibus necessitatem Præ- toris evitare potest. Sua quidem privilegia unicui- que repudiare integrum est, l. 41. d. Minor. l. 14. §. p. d. Ædil. Ed. N. 136. c. 1. non autem publicam ne- gotiis formam detrahere l. 27. l. 45. §. 1. d. R. f.

IV. Adoptio igitur sine Prætore est utrin- que nulla & irrita, neque adoptanti filium, neque adoptrato Patrem constituit, licet ambo id maxime velint. Vota enim contra LL. eventu ca- rent. Aliquando ne quidem sufficit Prætoris autoritas. Nam ad Arrogationem imperio Prin- cipis opus est, etiam ad solennitatem atque sub-

stantiam. Quamobrem uti Adoptio sine Prætore, ita arrogatio sine Principe nunquam valet, nec convalescit, licet vel adoptans, vel adoptatus confirmationem Principis imploraverint, nisi re adhuc integra & utroque vivente id factum sit, supr. s. 1. §. 9. Nam post mortem ejus, qui sine Prætore vel adoptavit vel adoptatus est, jus haeredibus legitimis quæsitum nec princeps auferre solet! s. §. 10. & §. 16. *Nequid in loco publ. l. 4. C. d. Emanc.*

V. Emancipatio quoque sine Prætore patriam potestatem non solvit. Aut enim fit ea ex L. XII. Tabb. per imaginarias venditiones §. 6. Quib. m. *jus patr.* cum injuriis & alapis N. 81. pref. adhibitis non minus 5. testibus, civibus Rom. puberibus, & libripende, coram Prætore, *Rosin.* L. IX. c. 10. aut ex constitutione Anastasiana per rescriptum Principis l. p. C. d. *Emanc.* aut Justinianea, coram judice competente l. f. C. d. t. Nec manumissio vindicta sine Prætore quicquam valet. Prætor enim ipse vindictam servi capit imponebat, & ita dicebat. *Dico eum liberum esse more Quiritium Ros. d. l.* Potest quidem omni tempore servus manumitti, etiam die Dominico l. 8. C. d. Februariis & omni loco, etiam extra Prætorium, sine libertore, non tamensine Prætore §. 2. d. *Libert. l. 7. & 8. d. Man. vind.* Quamvis enim libertas omnibus rebus favorabilior sit, l. 122. d. R. J. & Prætores libertatibus favent, l. 3. §. 1. d. *Alien. jud. mut.* tamen non intellegitur libertas, nisi rite data sit, ut oportet. *Solenitates*

lennicates enim manumissionum neque in Domini neque servi favorem conceptæ sunt, sed Reip. causa adjiciuntur. Ergo neuter iis renuntiare potest. Nec donatio ultra 500. solidos valet, licet donator & donatarius conspirent, & ad piam causam donatum sit, nisi donator in conscientiam Prætorem assumerit §. 2. d. *Donat.* l. 34. pr. l. 36. §. f. C. cod. l. 19. C. d. SS. *Ecc.*

VI. Nec testamenta sine Prætore vel solennitatibus suis consistunt, quamvis & testator & hæres consentiant, quia nemo leges excludere suo testamento potest l. 55. d. *Leg.* I. De omnibus igitur negotiis, quæ ad tertium Prætoris officium pertinent, ut solennitatis causa Prætor iis accedat, hæc regula generalis est, ea sine Prætore nunquam valere. De illis vero, quæ secundo Prætoris officio continentur, ut caufæ cognoscendæ gratia Prætor adhibeat, regula contraria locum habet, ea sine Prætore semper valere, nisi à persona, in cuius favorem causa cognoscitur, infirmentur. *Quod enim ob gratiam alicujus conceditur, non est in ejus dispendium retorquendum c. 61. d. R. 3. in 6. ne medicina Juris in venenum degeneret.*

VII. Cum igitur quærimus, quare Prætor in Unione Prolis sit necessarius, & cur nulla Unio Prolis sine Prætore valeat ; respondebunt omnes, ne proles unita pacto novocali lädatur. Dadurch zu teilen die Kinder verunrecht/ beschädiget/ betrogen/ und verfürchtet oder beschweret/ ihnen ihr väterlich Erbgut abgezogen/ auff andere Fremde gewendet ic. Solchem zu be-
G 2 gegnen

52 Disputatio Juridica, Cap. VI.

gegnen ic. Stat. Worm. ap. Rick. c. 6. §. 14. Sola itaque proles unita unionem sine Prætore ut irritam accusare potest, quia solius prolis causam agit Prætor in Unione, ne quid detrimenti proles accipiat. Hunc si finem Unio Prolis sine Prætore tetigit, valet, ut omnia negotia, quæ sine Prætore suum finem obtinuerunt, excludunt partes Prætoris tanquam supervacaneas.

VIII. Et hujus rei veritatem infinita Juris exempla demonstrant. Si post opus novum à Prætore nunitatum conveniat alicui cum adversario, ut opus faceret, valet conventio. Nec est periculum, ne pactio privatorum jussi Prætoris anteposita videatur. Quid enim aliud agebat Prætor, quam hoc, ut controversias corrum dirimeret? à quibus si sponte recesserunt, debet Prætor id ratum habere l. 1. §. 10. d. Op. novi nunc. Eadem ratio ad Unionem Prolis quoque pertinet. Alienationem prædiorum pupillarium sine Prætore ipso Jure nullam esse, nemo ignorat l. 4. l. 6. l. 12. C. d. præd. & al. reb. min. Non tamen emtor sed solus minor eam ut irritam accusare potest. Quod si non fecit, sed major factus ratam habuit, alienatio sine Prætore convalescit, t. t. C. si maj. fact. al. fact. Carpz. P. 2. C. 11. d. 30. 31. Transactio de alimentis ultima voluntate relictis, sine Prætore est ipso Jure nulla l. 8. pr. d. Transact. Solus tamen alimentarius eam rescindere potest. Et transactio sine Prætore, quæ alimentarii causam meliorem fecit, semper valet. d. l. 8. §. 6. Carpz. P. II. dec. 1570 n. 17. Roland, à Valle Vol. 2. Cons. 54. n. 22. Man. tie. de

nic. de Tac. & ambig convent. L. 26. T. 3. n. 10. Vinn
de Transact. c. 6. §. 17. inf.

IX. Alienatio rerum Ecclesiasticarum sine Episcopo & sine consensu totius cleri est irrita & prohibita can. 52. c. 12. q. 2. Mv. P. 9. dec. 6. Valet tamen, si Ecclesia profit, Brunnen. ad l. 8. d. Transact. n. 2. Bartol. ad d. l. 8. §. 6. n. 3. Roland à Valle Vol. I. Conf. 99 n. 37. Alienatio feudi vel emphyteuseos sine consensu domini directi est illicita, & domino feudum aperit, ad emtorem vero nihil transfert l. f. C. d. J. emphyr. Neuter tamen contrahentium à placitis recedere potest, si dominus Vasallum vel emphyteutam novum malit admittere, quam Jure suo uti. Injuriam enim sibi illatam quisque dissimulare & voluntaria oblivione contenerre potest §. f. d. Injur Ut etiam contractus bonæfidei, cui dolus causam dedit, ipso quidem jure nullus est, non tamen à decipiente, sed solo decepto rescindi potest l. 30. C. d. Transact. & manumittens in fraudem creditorum nihil agit pr. Quib. ex cauf. man. Non tamen ipsi licet revocare libertates, sed solis creditoribus l. 5. C. d. serv. pign. dat. man.

X. Alienatio fundi totalis contra L. Jul. ne quidem consentiente muliere valet pr. Quib. al. lic. A sola tamen muliere potest rescindi, non à marito vel emtore, si alienatio mulieri utilis sit l. f. d. J. dot. Contractus pupillares sine tutoris autoritate non obligant, nisi pupillo proficiant, pr. d. aut. tut. Ipsa sententia Judicis contra pupillum sine tutoris autoritate vana est & vitiosa, non tamen

pro

pro pupillo *Myns. C. II. O. 30.* Nec mulier J. Sax. fine Curatore contrahere obligationem potest, usque adeo ut consensus Curatoris ad contractum mulieris de forma & substantia & solennitate necessaria requiratur *Carpz. P. II. dec. 157. n. 22. Berl. P. II. Concl. 17. n. 102. & seqq.* Sola tamen mulier eum contractum ut nullum & frivolum rejiciendi facultatem habet. Alter vero invita muliere à placitis resilire non potest *Carpz. d. I. n. 23. Coler. P. I. decis. 12. n. 37.* Denique Procurator Principis, eo inconsulto, nec transfigere, nec alienare, nec hæreditatem adire potest. In gratiam tamen Principis hæc negotia semper consistunt *I. 13. d. Transact. I. 1. §. 2. d. Off. Procur. Cas.*

XI. Ex quibus omnibus certam & indubitatam accipimus regulam, ea negotia, quæ ad personæ alicujus favorem & gratiam necessitatem Prætoris vel Principis, vel Curatoris desiderant, esse quidem perse ipso Jure nulla, si privatum sine Prætore contracta sint, semper tamen valere per consensum personæ favorabilis. Quodigitur jam sæpius ante monuimus, idem hic iterum repetere liceat, quia est fundamentum disputationis nostræ: *Quod ad favorem quorundam constitutum est, quibusdam casibus ad lesionem eorum voluerunt LL. inventum videri, l. 6. C. d. LL. Quod ob gratiam alicujus conceditur, non est in ejus dispensum retrahendum c. 61. d. R. J. in 6. Nulla Juris ratio aut equitatis benignitas patitur, ut, quæ salubriter pro utilitate hominum introducuntur, ea nos duriore interpretatione contra ipsorum commodum*

De Offic. Prætor. in Union. Prol. 95
commodum producamus ad severitatem l. 25. d. LL. Non
debes adversus pupilos observari, quod pro ipsis excogi-
tatum est l. 3. §. 5. in f. d. Carb. Ed.

XII. Nec magis in Unione Prolis contra
privignos observari debet Prætoris necessitas, quæ
pro ipsis ad Unionem Prolis excogitata est. O-
mnes enim Dd. una voce confitentur, solennita-
tes in Unione Prolis necessarias esse ad securita-
tem prolis. Ergo omnes etiam, saltem tacite,
quam plurimi expresse & diserte ingenueque affir-
mant, Unionem Prolis sine Prætore ceterisque so-
lennitatibus per consensum prolis convalescere.
Et profecto gravis injuria inferretur tam parenti-
bus, qui bona fide uniunt, & norunt, Unionem
Proli saluberrimam fore, quam Proli unitæ, si co-
gerentur inviti Prætorem & testes semper ad u-
nionem prolis adlibere, eorumque oculis patri-
monii sui arcana subjecere. *Quid enim tam durum*
tamque inhumananum est, quam publicatione, pompaque
verum familiarium & paupertatis detegi vilitatem, &
invidia exponere divitias l. 2. pr. C. Quand. Et quib.
quart. l. f. C. d. alim. pup. presb.

XIII. Neque ulli Dd. qui de Unione Prolis
scriperunt, & quos intueri nobis adhuc contigit,
adversam vulgaverunt sententiam. Multi qui-
dem simpliciter asserunt, Unionem Prolis sine Præ-
tore nullam esse, nec unientes Prætori renuncia-
re posse, sed intelligunt casum, si proles detri-
mentum passa ab Unione recedere velit. Con-
trarium vero casum, si proles in unione conqui-
escat

escat, omiserunt. Quotquot autem Unionem Prolis in utraque fortuna contemplati sunt, quatenus Proli vel nocere vel prodefie potest, perseveranter affirmant, Unionem Prolis noxiā sine Prætore corruere, innoxiam constare. Licet enim contractus ipso Jure nullus sit, ac forma substantiali careat, proindeque restituzione iu integrum non indigeat, quia communi jam jure rescissionem meretur; Si tamen is, in cuius favorem & commodum ille contractus tendit, eum comprobet, jam videtur ipso Jure valere. Ita concludit Rickius, sedulus unionis investigator, c. 6. p. 101.

XIV. Sic statuit quoque Besold. in Delibat. f. E. I. ff. n. 34. in f. Ceterum, inquit, quando actus vel contractus in alicujus favorem requirit certam formam, licet ea neglegatis ipso jure nullus existat: si tamen in ejus commodum cedat, & consentiat, cuius favore forma illa & solennitas introducta est, omnino valere debet. Nam quod in favorem alicujus introductum, in ejus odium minime est retorquendum. Et introducta in unum finem non debent operari contrarium. Hinc si duo Conjuges liberos ex priori matrimonio, & alios, quos sperant, unirent, sed minus solenniter, dictique liberi in priore matrimonio jam nati, ratificant unionem, alii vero, qui ex secundo matrimonio prodierunt, temporeque hujus pacificationis nondum in vivis fuere, eandem nullitatibus arguantur, tunc minime audiuntur, quia solennia unionis in favorem jam natorum liberorum minorennum sunt introducta. Et ita sentiunt Dd. Tübingeres in quodam consilio, ubi quoque attestantur, quod ita in consistorio Ducali aliquoties judicatum fuerit. Sic minores tempore

re unionis qui fuerunt, maiores effecti, Unionem non rite celebratam ratibabere possunt. Alias quod in favorem eorum introductum, retoqueretur in eorum odium. Et potest clausula Decreti annullativa introducere ad favorem privatum partium renuntiari. Hactenus verba Besoldi d. l.

XV. Operæ pretium videtur esse consilium JCtorum Tubingensium, cuius in d. l. Besoldus ministerat, hoc annotare pro ea parte, qua ad rem presentem facit, ut Unionem Prolis non tantum argumentis & rationibus, verum etiam sententiis & autoritatibus JCtorum tueamur. Demnach wir Decanus und Doctores der Juristen Facultät gemeiner hohen Schul zu Tübingen ic. Zum sechsten thut Impiorant sinner einführen/ auf gesetzten Fall/ daß der pacienten Eheleute Wille gewesen/ zwischen den Kindern eine Unionem Prolium ausszurichten/ und eine durchgehende Gleichheit zu halten; Ware doch selbige Einheitschafft propter defectum solennitatum, dieweil den alten Kindern keine Pfleger verordnet/ noch die Gerichtliche Erkündniß hierüber gefolget/nicht gültig oder kräftig. Nun halten wir aber unzweifellich das für/ daß/ im Fall die alte Kinder solche Nichtigkeit nicht urgiren/ sondern ihres Theils der Eltern verhandeln gut heissen/ alsdan die jüngere Kinder solche unionem minus solennem gar nicht wiedertreiben/ oder ihrer Vater und Mutter Verordnen streitig machen können. Cum voluntas illius, qui patrum nullitatis redarguere potuisset, etiam formam mancam persicere queat. Et Jure cautum est, quoies actus del contractus in alicujus favorem requirit certam formam, licet ea neglecta sit ipso J. nullus, tamen si ve-

58 Disputatio Juridica, Cap. VI.

bit ille, cuius favore ista forma vel solennitas est introduc-
ta, debeat valere. Et magis est, ut solennitatem aliquam
ad damnum & malum fugiendum evitandumve, non ad
captandum commodum & lucrum atque utilitatem interra-
pretemur. Semper enim benignius responsum arripio-
endum est, ut valeat potius, quam pereat actus. Et
quia bac solennia potissimum in favorem liberorum uni-
endorum introducta sunt, igitur se perspexerint, utilem
eam sibi fore, omissionem sanare & supplere possunt, pro-
pter generalem j. regulam, quod cuique favorem pro se
inventum contemnere licet. Et facit, quod inducta ad
unum finem non debent contrarium operari. Quo per-
tinet, quod sententia pro pupillo lata sine tatore, nibil omis-
sus valeat. Ita valeat dotis alienatio, que mulieri utilis est,
& transactio de alimentis etiam sine Praetoris decreto, si a-
limentando proficua sit. Ita Baldus scribit: Statuta,
in quibus de contractibus mulierum sit sanctum, ne pa-
leant sine presentia propinquorum, intelligi de contracti-
bus damnosis, non de utilibus. Und weil im Fürstl.
Württembergischen alten und neuen Land-Rechten an viel
unterschiedlichen Orten erwähnt/ daß die Heiraths-pachten/
es werde darinnen gleich der Eheleute/ oder ihrer Kinder/
auch anderer succession halber etwas geordnet/ unver-
brüchlich gehalten werden sollen/ wan gleich selbigen keine
einige solennitet adhibiret wird/ da sie allein beweislich
dargethan werden; Warum wolten diesenigen Kindern/
die von solchen paciscirenden Eheleuten erbohren/ ihrer
rechten Eltern Verordnung und Eheberedung umbstoßen
mögen/ ob gleich darin eine unio prolium angestelle
worden? Und hält man dis Orths von dieser quæsti-
on

On ferner zu disputiren von unnöthen. Weil fürs erste
bei Fürstl. Württenb. Hossgericht alwegen diese unsre
Meinung in judicando gefolget worden. *Quid autem
ejusmodi supremarum Curiarum prejudicia & jugis Ob-
servantia in Statutorum interpretatione efficere queant,
nemo nisi qui Jura nescit, ignorare potest &c.* Actum
in Collegio 12. April. Anno 1616. Hæc sunt verba &
talis est decisio Consilii Tübingeris apud Besold.
P. II. Conf. 29. n. 84. & seqq.

XVI. Bremæ eandem sententiam comproba-
tam esse, didici ex disputatione Patris d. adopt. c. 8.
quam præsidio suo confirmavit Dn. Christ. Schönel/
LL. morumque scientissimus, eo tempore ff.
Professor Celeberr. postea Senator de Patria me-
ritissimus, nuper vita defunctus. Ceterum, ait, si
unum ex praedictis requisitis omissum fuerit, Unio Proli-
cum, utpote forma deficiente, non subsistit: nisi liberi ex
priori matrimonio nati parentum placitum, nullitatem
illius non redarguendo, approbent & ratificant, quo casu
liberi supervenientes unionem minus solennem ex capite
nullitatu confundere non possunt. Conspirat Dn. O.
P. Zepp. tam Juris communis, quam Statutorum
Bremensium vigilantissimus & fidelissimus explo-
rator, quem & autor continuationis Thesauri Pra-
etici Besoldiani verb. Einkindschafft plene hanca-
teriam pertractavisse judicat. Verba ejus supra
cit. Tit. 2. de Union. Prol. n. 61. & seqq sunt eviden-
tia. Et quia praeditæ, inquit, solemnitates, utpote in
facto consistentes, non presumuntur, ideo qui in Unionem
se fundat, eas intervenisse probare debet, alias contra U-
nionem

unionem prouinciatur. Probantur autem inter alia per instrumentum publicum super Unione confectum. Quod si tamen liberi ex priori matrimonio nati, parentum placitum nullitatem illius non redargundo, approbent & ratificant, supervenientes liberi Unionem minus solennem ex capite nullitatē revertente non possunt. Etenim solennia Unionis potissimum in favorem liberorum jam natorum minorennum sunt introducta. Notum autem est, quod, quando aëtus vel contractus in aliquam favorem requirit certam formam, sicut, ea neglecta, in ipso iure nullus existat: si tamen in eam commodum cedat, & consentiat, eius favore forma vel solennitas illa introducta est, omnino valere debet. Accedit, quod voluntas illius, qui actum nullitatis redargueret poruisse, etiam formam manuam perficiere queat.

XVII. Adeo ut nulla amplius dubitatio superfit. Unionem Prolis sine Prætore, tam Bremz in patria mea, quam alibi in gratiam unitorum valere, qua disputationis hujus & summa & finis est. Quod si quis adhuc dubitet, tamque manifestis & Juris rationibus & Jutorum autoritatibus obloquatur; ille saltem cogitet, in re dubia benigniore interpretationem sequi non minus iustius esse, quam rurius l. 3. d. His quo in test. del. In ambiguis rebus humaniores sententiam sequi oportere l. 10. §. I. d. Reb. dub. Semper in dubiis benigniora praferenda esse l. 108. d. R. §. Rapiendam esse occasionem, que prebeat benignius responsum l. 108. pr. d. e. Quid autem hic est benignius? Certe Unionem Prolis sine Prætore in salutem prolis valere, cuius solius causa Prætor unioni accedit, & solennitates omnes adhibet, utique cum & Prætor & LL omnes moneant, semper in dubio id agendum esse, ut quam certissimo loco res sit bona fide contracta l. 21. in f. d. Reb. dub. Commodissimum esse id accipi, quo res, de qua agitur, magis valeat, quam pereat l. 12. d. t.

F I N I S.

N.B. Deleatur l. 22. vers. Servi. in f. C. de Adm. tut. pag. 16.



Hactenus in latebris operosa volumina Legum
Nocturna versare manu, versare diurna
Te grandava quidem, sed non defecta coëgit
Justitiae Regina Themis vindexque nefandi,
Pectoribusque Tuis, FRATER PATRUELIS, amores
Oscula per toties fixa inspiravit honestos,
Quos nullus Viader restinguaret omnibus undis.
Ex Themidis tandem complexibus edita PROLES
Nunc venit in lucem pulcherima, Teque Parentem
Laudibus æternis doçeo decantat in orbe.
Altera mox etiam PROLES orietur eodem
Sanguine creta Tibi, vittasque & ferica sancti
Doctoris summa in Cathedra Tibi pallia porget.
Inde peregrinas Tu contemplabere gentes,
Et post ambages varias cursusque peractos
Natalem BREMAM repetes, & honoribus auctus
Conjudio Themidis Veneris quoque gaudia junges.
Nec tamen illa novos in Te reprehendet amores,
Canitiemve suam Tibi displicuisse putabit,
Sed Tecum has panget leges, ut nocte quieta
Delicias Veneris carpas, & corpore PROLEM
Corpoream generes, cumque expurgiscitur Eos,
Ad Themidis rediens conclave sola decoris
Fœtibus ingenii studeas. Hinc postuma PROLES
Gloria nascetur Tibi post Tua fata superstes,

Ita gratulabundus cecinuit

PRÆSES.

Egregiam generat RHODIUS sine Conjuge prolem.
Ne tamen hoc monstrum prodigiumve putas,
Ingenii proles nata est sine Matre Minerva.
Morte caret proles, quæ Genitrix caret.

His paucis, de Unione Prolis sine Prætore disputanti

applausit

Conradus Buchius, D. & Univers. Synd.

G.

SO weist! Geehrter Freund/ sein Fleiß/ von neuen/ Proben/
Die Frankfurt ohnedem von langer Zeit gedenkt;
Sie haben/ wie mich dünkt; Ihn schon so weit erhoben/
Dah̄ die Gelehrte Welt sich seine Freundin nennt.
Wohlan! Ich freue mich/ die Ehre zu genießen/
Dah̄ Sein galanter Fleiß mich auch zum Zeugen macht.
Die Themis soll Ihn bald als ihren Priester küssen.
Wer weiß wo Sie Ihm schon den Purpur zugeschaut.

Joachim Günther.

Aurea Sacrae recitatrix pagina Juris,
Gloria quam tantum non moritura vehit,
Quid Tibi nobiscum? Qui sim? si forte requireret
Quis, me dic DOMINO velle placere Tuο,

Ita debuit, voluit

Joh. Diter. Hake, A. F.

Ingenii Documenta tui, navique laboris
Cernimus, ô Musis dulce mihique caput.
Cernimus & meritos gratanti pectori plausus
Fundimus, in laudes evehimurque tuas.
At tibi materies cur sumpta est, UNIO PROLIS?
Num tua jam PROLIS pectora cura tenet?
PROLES doctrina est natura atque artis & usus;
PROLES doctrina est, & Pietatis honos.
Altera jam parta est, succedet & altera PROLES.
Illa tibi felix UNIO PROLIS erit.
Care RHODI, haud temere est, rosa quod tibi nomen Achivā
Voce dedit: famā, corpore, mente rosa es.
Quippe placet nomen, placet omen odorige colorque
Utilitasque rosas cum faciant placitas.
Displacet una ztas: ztas non longa roſarum est:
Hoc uno solo te dissimilem esse rosa;

Flores

Flore ergo, sed ne, ne sit flos ille caducus,

Floreat, & serò defluat illa *rosa*,

Vive diu & semper florentibus utere rebus,

Vive, ô *æternâ* vivere digne *rosa*!

Hæc in veræ amicitia tesseram amico suo inter paucos æstimatissimo apposuit

D. Düsing.

Impigra quid pariat solertis cura laboris,
Judicio celebri, suavis Amice, doces.

Namque edis Prolem tali genitore paratam.

Quæ loquitur laudes ingeniumque tuum.

Hoc Tibi de partu jam gratulor, opto sequantur

Mox alii, quæs Tu clarus in orbe sies.

Ast primus cum tam specioso prodeat ore,

Nominis in laudes editus ille Tui,

Quænam ex venturis veniet Tibi gloria, quivis

Jam quoque non vanis colligit auguris.

Hæc gratulabundus Amico suo erudite disputanti
deproperabat

Nicolaus Tiling, *Brem. SS. Th. St.*

Quas Tua Care RHODI! profert facundia voces,

Me tibi gratari, dulcis Amice, juvat.

Hæc breviter at prolixo animo applaudit
Amico inter paucos colendo

D. Hüpeden.

Suavis amice, mihi quo non conjunctior alter,

Quem colui priscâ semper amicitâ.

Quantum me tua nunc virtus Doctique labores!

Quanctum charta tuo nomine digna placet!

Tu Patriæ loqueris mores & jura parentum,

Hæc patet in laudes area lata tuas.

Sic poteris spatio emenso contingere metam

Et patriæ fieri gloria magna tuz.

Hæc voluit applaudere Nobilissimo ac Eruditissimo

Dn. Autori & Resp. Amico suo dilectissimo

D. Schombart.

Præcla-

PRæclarum ingenii foetum dum prodis, Amice,
Doctorum applaudit concio tota Tibi.

Hec Nobiliss. atq; Doctiss. Dn. A. & R. apponere voluit
W. Hüpeden.

Ergo, RHODI, pulchro jam nunc spectande theatro,
Ingenii lusus cogeris esse mei.

Dumque per egregias Legum diffunderis Artes,
Et tetrico loqueris congrua verba foro;

Qualia legiferæ dictant confulta tiaræ,
Aut Latia rostris expositiæ togæ:

Cum fama fructus, cum sedulitate triumphos,
Et non invito carmina vate refers.

Quæ Tibi si placeant, multis Virtutibus aucto,
Non poteris Claris non placuisse Tuis.

Amicitiae testificande causa
appofuit

Joh. Melchior Knoop, Bremensis.

Tendis, Docte RHODI, sursum, Tibi palma paratur,
Viætricem dextram jam premet illa tuam.

Gloria se precium multi dabit alma laboris,
Assiduis studiis indubitata comes.

Lüderus à Rheden, LL. Stud.





Sb-



1701, 8
A3
4
X
181

Q. D. B. V.
Disputationem Juridicam
DE
**Unione Prolis sine
Prætore,**
EX CONSENSU
Magnifici J^Ctorum Ordinis
in Illustri Viadrina,

PRÆSIDE
DN. MICHAEL RHODIO,
J. U. D. & Instit. Prof. P. Ordin.

D. XIX. Februarii A. M DCCI.

Loco horisque consuetis;
Publico atq; placido eruditorum examini
submitter.

JOHANNES RHODE, Brem.
AUTOR.

Francofurti ad Viadrum,
Typis imprimebat Johannes Cœpfelius, Academia Typ.